I
331229
Incunabel

E. S.

II 354,120
II 443,395 K

# Horae

in laudem beatissimae virginis Mariae.

[Parisiis, Simon Vostre ~~ca. 1500~~]

[Drucker: Philippe Pigouchet]
1497.

I

331229

Incunabel

Gesch. d. Fürsten Liechtenstein 26/V 1899
d. d. K. k. u. m. Z. 149³²

K. K. UNIVERSITAETS BIBLIOTHEK



Quant la lune
et en aries leo et
sagitari' il fait
bon saigner au
colerique · feu

Quant la lune
et en gemini li
bra et aquariu'
il fait bō saigner
au sanguin · aer



le colerique
tient du feu
et du lyon
il a perilhe
ux vin ma
le complexi
on




du singe et
de lair tiēt
le sanguin
qui et frāc
et plaisant
et a ropetre
vin

de leaue et
de laignel
tient le flu
matiq' ue il
est simple
et doulx te
dat a pranō

melecoliq tie
nt du porc
ceau et de ter
re il et pesāt
et ort domi
ette ne luy
chault guere



Quant la lune
et en cancer scor
pio et pisces il
fait bō seigner
au fleumatiq eau

Quāt la lune e
en taurus virgo
et capricor nus il
fait bō saigner
au melecoliq terre






KL Januarius hꝫ dies xxxj. Luna.xxx.





| | | |
|---|---|---|
| iij | a | Circū.dn̄i |
| | b | oct.ſtepha. |
| xj | c | oct.iohis |
| | d | oct.inocē. |
| xix | e | |
| viij | f | Epypha. |
| | g | |
| xvj | a | |
| v | b | |
| | c | pauli here. |
| xiij | d | |
| ij | e | |
| | f | oct.epypha. |
| x | g | |
| | a | mauri ab. |
| xviij | b | marcelli |
| vij | c | anthonij |
| | d | pꝛiſce vigis. |
| xv | e | |
| iiij | f | Fabiani ⁊ ſe. |
| | g | agnetis vir. |
| xij | a | Uincentij |
| i | b | emerentiane |
| | c | thimothei. |
| ix | d | Cōuer.pauli |
| | e | policarpi |
| xvij | f | iuliani ep̄i. |
| vj | g | agnetis.ij. |
| | a | |
| xiiij | b | batildis |
| iij | c | ciri et iohan. |

In iano claris calidiſqꝫ cibis potiaris
Atqꝫ decēs potꝰ poſt fercula ſit tibi notus
Ledit enī medo tūc potatꝰ vt bene credo
Balnea tutus ītres ⁊ venā findere cures.









KL Februariꝰ hꝫ dies.xxviij.Lũa.xxix.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | d | ignacii epi | vij | d | fauſtini |
| xj | e | Puri.b.ma | | e | iuliane vir. |
| xix | f | blaſij epi | xv | f | |
| viij | g | gilberti | iiij | g | |
| | a | agathe vir. | | a | |
| xvj | b | dorothee | xij | b | |
| v | c | | i | c | |
| | d | | | d | Cathe.ſ.pet. |
| xiij | e | apoloie vir. | ix | e | Vigilia |
| ij | f | ſcolaſtice | | f | Mathie apli. |
| | g | ſotheris | xvij | g | |
| x | a | | vi | a | |
| | b | fulcranni | | b | |
| xviij | c | valentini | xiiij | c | |

Naſcitur occulta febris februario multa.
Potibus et eſcis ſi caute minuere velis
Tũc caue frigora de pollice fũde cruorẽ.
Sugge mellis fauum pectoris morbos ꝗ curabit.











KL Martius hʒ dies. xxxi. Luna. xxx.





| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| iii | d | albini epi | vii | f | |
| | e | | | g | |
| xi | f | | xv | a | |
| | g | adriani | iiii | b | |
| xix | a | | | c | benedicti |
| viii | b | | xii | d | |
| | c | perpetue | i | e | |
| xvi | d | | | f | |
| v | e | xl. mar. | ix | g | Annūciatio |
| | f | | | a | |
| xiii | g | | xvii | b | ruperti |
| ii | a | gregorij pa. | vi | c | |
| | b | | | d | quintini |
| x | c | | xiiii | e | |
| | d | longini | iii | f | ſabine |
| xviii | e | | | | |

Martius hūores gignit vario qꝫ dolores.
Sume cibū pure: cocturas ſi placet vre
Balnea ſunt ſana: ſed q̄ ſuperflua vana
Vena nec abdēda: nec potio ſit tribuēda.





KL Aprilis hʒ dies.xxx.Luna.xxix.

| | | |
|---|---|---|
| | g | |
| xi | a | |
| | b | |
| xix | c | ambroſij |
| viij | d | |
| xvi | e | |
| v | f | eufemie |
| | g | |
| xiij | a | |
| ij | b | |
| | c | |
| x | d | |
| | [illegible] | |
| xviij | f | tiburci |
| vij | g | helene regi. |
| | a | yſidori |
| xv | b | aniceti |
| iiij | c | |
| | d | |
| xij | e | |
| i | f | |
| | g | ſotheris |
| ix | a | georgij |
| | b | |
| xvij | c | Marci euā. |
| vi | d | cleti pape. |
| | e | |
| xiiij | f | vitalis mar. |
| iij | g | petri mar. |
| | a | ſigiſmundi. |



Hic probat in vere vires aprilis habere.
Cūcta renaſcūtur : porri tunc aperiuntur
In quo ſcalpeſcit corpus: ſanguis quoqʒ creſcit.
Ergo ſoluatur venter:cruorqʒ minuatur.













KL Mayus hʒ dies.xxxi.Luna.xxx.

| | | |
|---|---|---|
| xj | b | Phi.ꝛ Ja. |
| | c | |
| xix | d | Inuē.cru. |
| viij | e | floriani |
| | f | gothardi |
| xvi | g | Iohā.apo. |
| v | a | |
| | b | appa.mi. |
| xiij | c | trāſ.ſ.nico. |
| ij | d | gordiani |
| | e | |
| x | f | |
| | g | |
| xviij | a | bonifacij |
| vij | b | yſidori |
| | c | |

| | | |
|---|---|---|
| xv | d | trāſ.bernardi |
| iiij | e | |
| | f | potentiane |
| xij | g | bernardi |
| i | a | |
| | b | helene regine |
| ix | c | deſiderij |
| | d | |
| xvij | e | trāſ.ſ.fran. |
| vi | f | eleutherij |
| | g | iohannis |
| xiiij | a | |
| iij | b | |
| | c | felicis |
| xi | d | petronille |

Mayo ſecure laxari ſit tibi cure.
Scindatur vena:ſʒ balnea dentur amena.
Cū calidis rebꝰ ſint fercula ſeu ſpeciebꝰ.
Potibꝰ aſtricta ſit ſaluia cum benedicta.







KL Junius hȝ dies.xxx.Luna.xxix.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | e | iuſtini | iiij | f | |
| xix | f | marcellini | | g | |
| viij | g | | xij | a | marcelliani |
| xvi | a | | i | b | geruaſij ꝛ p. |
| v | b | bonifacij | | c | ſiluerij |
| | c | claudij | ix | d | |
| xiij | d | | | e | paulini |
| ij | e | medardi | xvij | f | Uigilia. |
| | f | primi mar. | vi | g | Na.ſ.iohānis |
| x | g | | | a | amandi |
| | a | Barnabe | xiiij | b | Johis ꝛ pauli |
| xviij | b | baſilidis | iij | c | |
| vij | c | | | d | Uigilia. |
| | d | | xi | e | Petri ꝛ pauli |
| xv | e | viti ꝛ mod. | | f | cōme.pau. |

In iunio gētes perturbat medio bibentes
Atqꝫ nouellarū fuge potus ceruiſiarum.
Ne noceat colera valet hec refectio vera
Lactuce frondes ede ieiunus bibe fontes.















KL Julius hʒ dies.xxxi.Luna.xxx.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | g | oct.ſ.iohis | | b | alexij cōfe. |
| viij | a | proceſſi | xij | c | ſimphoroſe |
| | b | | i | d | |
| xvi | c | trāſ.mar. | | e | Margarete |
| v | d | | ix | f | victoris |
| | e | | | g | Ma.magd. |
| xiii | f | | xvij | a | |
| ii | g | | vi | b | Uigilia |
| | a | | | c | Jacobi apl̄i |
| x | b | ruffine vir. | xiiij | d | Anne |
| | c | pij pape | iij | e | ſeptē dor. |
| xviij | d | naboris | | f | nazarij |
| vij | e | priuati | xi | g | marthe |
| | f | | xix | a | abdon ⁊ ſē. |
| xv | g | | | b | |
| iiij | a | | | | |





qui vult ſolamē iulio hoc ꝓbat medicamē
Uenā non ſcindat nec ventrē potio ledat
Sōnū cōpeſcat: ⁊ balnea cuncta paueſcat
prodeſt recēs vnda: alliū cū ſaluia mūda.















KL Auguſtus hȝ dies .xxxi. Luna .xxx.

| | | | |
|---|---|---|---|
| viij | c Uincula pe. | i | e oct. ſ. laurē. |
| xvi | d ſtephani | | f agapiti |
| v | e inuē. ſte. | ix | g ludouici |
| | f iuſtini | | a bernardi |
| xiij | g ma. de ni. | xvij | b priuati m̄r. |
| ij | a trāſfi. dn̄i | vi | c oct. b. ma. |
| | b donati epi | | d Uigilia |
| x | c ciriaci | xiiij | e bartho. apl̄i |
| | d Uigilia | iii | f ludouici |
| xviij | e Laurentij | | g ſeuerini |
| vij | f ſuſanne | xi | a viuiani |
| | g clare vir. | xix | b auguſtini |
| xv | a ypoliti mar. | | c Decol. ſ. io. |
| iiij | b Uigilia | viij | d felicis |
| | c Aſſumptio | | e |
| xij | d | | |

Q̄ſq̄s ſub auguſto viuat medicamie iuſto.
Raro dormitet eſtum coitum quoqȝ vitet
balnea nō curet nec multū comeſtio duret
Nemo laxari debet vel fleubothomari















KL Septẽber hʒ dies.xxx.Luna.xxix.

| | | | |
|---|---|---|---|
| xvi | f egidij ab. | i | g eufemie |
| v | g anthonij | | a lamberti |
| | a | ix | b victoris |
| xiij | b moyſi cõ. | | c |
| ij | c | xvij | d Vigilia. |
| | d eugenij | vi | e Mathei apo. |
| x | e | | f mauricij |
| | f Na.b.ma. | xiiij | g lini pape. |
| xviij | g gorgonij | iij | a |
| vij | a ſaluij | | b firmini |
| | b prothi | xi | c cipriani |
| xv | c maxiani | xix | d coſme et da. |
| iiij | d maurilij | | e |
| | e Exal.cru. | viij | f Michaelis |
| xij | f nicomedis | | g hieronimi |

Fructus maturi ſeptembris ſunt valituri.
Et pira cũ vino panis cũ lacte caprino.
Aqua de vrtica tibi potio fertur amica.
Tunc venam pandas ſpecies cum ſemine mandas.





KL October h₃ dies. xxxi. Luna. xxx.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| xvi | a germani | ix | c | | |
| v | b | | d | Luce euan. | |
| xiij | c | xvij | e | | |
| ij | d frãciſci cõ. | vi | f | | |
| | e | | g | xi. milia vir. | |
| x | f fidis vir. | xiiij | a | | |
| | g marci pa. | iij | b | | |
| xviij | a | | c | | |
| vij | b dionyſij | xi | d | criſpini ⁊ cri. | |
| | c cerbonij | xix | e | euariſti | |
| xv | d nicaſij | | f | Vigilia | |
| iiij | e | viij | g | Simõis ⁊ iu. | |
| | f geraldi cõ. | | a | | |
| xij | g calixti pa. | xvi | b | | |
| i | a | v | c | Vigilia. | |
| | b | | | | |

October vina prebet cum carne ferina
Necnõ aucina caro valet et volucrina
Quãuis ſint ſana : tamen eſt repletio vana
Quantũ vis comede: ſ₃ nõ precordia lede.













KL Nouẽber hꝫ dies.xxx.Luna.xxix.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | d Oim ſctõꝝ | ix | e |
| xiij | e Cõm.aiaꝝ | | f gregorij |
| ij | f reſtituti | xvij | g romani |
| | g amanti | vi | a elizabeth |
| x | a | | b ſtephani |
| | b leonardi | xiiij | c |
| xviij | c | iij | d cecilie virgĩs |
| vij | d iiii.corona. | | e clemẽtꝭ pape. |
| | e theodori | xi | f griſogoni. |
| xv | f | xix | g Katherine |
| iiij | g martini epĩ | | a lini pape |
| | a martini pa. | viij | b agricolę |
| xij | b bricij epĩ | | c |
| i | c | xvi | d ſaturnini |
| | d | v | e Andree apl'i. |



Hoc tibi ſcire dat̃ ꝙ reuma nouẽbri curat̃
Queqꝫ nociua vita:tua ſint precioſa dicta
Balnea cũ venere tũc nullũ cõſtat habere
Potio ſit ſana atqꝫ minutio bona

















KL December hꝫ dies.xxxi.Luna.xxx.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | f | eligii | xvij | a | |
| xiij | g | bibiane | vi | b | graciani |
| ij | a | | | c | |
| x | b | Barbare | xiiij | d | Uigilia. |
| | c | ſabbe | iij | e | Thome apl'i. |
| xviij | d | nicolai | | f | |
| vij | e | ambroſij | xi | g | |
| | f | Cõ.b.ma. | xix | a | Uigilia. |
| xv | g | | | b | Natiui.dñi. |
| iiii | a | eulalie | viii | c | Stephani |
| | b | damaſi | | d | Johis apl'i. |
| xii | c | | xvi | e | Sctõꝝ inocẽ. |
| i | d | lucie | v | f | Thome mar. |
| | e | | | g | |
| ix | f | | xiii | a | ſiluestri |
| | g | | | | |

Sane ſũt mẽbris res calide mẽſe decẽbr[is]
Frigus vitetur capitalis vena ſciudatur.
Lotio ſit vana:ſed vaſis potio cara
Sit tepidus potus frigore cõtrario totus





Initium ſancti euangelij ſecundum
Johannem. Gloria tibi domine.

In principio erat verbum ⁊ verbum erat apud deum: et deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud deum. Omĩa per ipſum facta ſunt: ⁊ ſine ipſo factum eſt nichil. Quod factum eſt in ipſo vita erat: ⁊ vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet ⁊ tenebre eam non coprehenderunt. Fuit homo miſſus a deo cui nomẽ erat iohannes. Hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux ſed vt teſtimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mũdum. In mũdo erat et mundus per ipſum factus eſt: ⁊ mũdus eum non cognouit. In propria venit et ſui eum non receperũt. Quotquot autem receperunt eum dedit eis poteſtatem filios dei fieri: his qui credunt in noĩe eius. Qui non ex ſanguinibus neq; ex voluntate carnis neq; ex voluntate viri/ ſed ex deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt: et habitauit in nobis. Et vidimus gloriã ei⁹ gloriam quaſi vnigeniti a patre. Plenũ gratie et veritatis. Deo gratias. ãn. Te inuocamus/ te adoramus/ te laudamus/ te glorificamus o beata trinitas. ℣. Sit nomen



Quomõ fratres Ioſeph voluerũt proiicere eum in ciſternam.



Quomõ fratres Ioſeph tradiderũt eũ mercatoribus.



Quomodo fratres Ioſeph tinxerũt tunicam in ſanguine hedi.

domini benedictum. ℟. Ex hoc nūc ⁊ vſq; in ſeculum. Oremus.

PRotector in te ſperantiū deus ſine quo nichil eſt validum / nichil ſanctū: multiplica ſuper nos miſericordiam tuam: vt te rectore te duce ſic tranſeamus per bona tēporalia vt nō amittamus eterna. Per chriſtum dn̄m noſtrum. Amen.

Sequentia ſancti euangelij: ſecundum lucam. Gloria tibi domine.



IN illo tēpore. Miſſus eſt gabriel angelus a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad virginem deſpōſatam viro cui nomē erat ioſeph de domo dauid: et nomen virginis maria. Et igreſſus angelus ad eam dixit Aue gratia plena dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Que cum audiſſet turbata eſt ī ſermōe eiꝰ: ⁊ cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria inueniſti enim gratiam apud dominum. Ecce concipies in vtero et paries filium: ⁊ vocabis nomen eius ie=



Quō tulerunt tunicam fratris ſui Joſeph iacob tinctam ſanguine.



Quō vxor phutifar enixa ē cōmittere adulteriū cū Joſeph.



Quō conq̄rit mulier viro dicēs. En itroduxiſti virū hebreū vt illuderet nob̄ Ingreſſus eſt ad me vt coiret mecū. ⁊c.

ſum. Hic erit magnus et fili⁹ altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedē dauid patris eius et regnabit in domo iacob ineternum ⁊ regni eius non erit finis. Dixit autē maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud quoniā virum nō cognoſco? Et reſpondens angelus dixit ei. Spirituſſanctus ſuperueniet in te: et virt⁹ altiſſimi obūbrabit tibi. Ideoq; et quod naſcet ex te ſāctum vocabit filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: ⁊ ipſa concepit filium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus illi que vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud deum omne verbum. Dixit autē maria. Ecce ancilla domini: fiat michi ſecundum verbum tuum. Deo gratias.

Sequentia ſancti euangelij: ſecundum Mattheum. Gloria tibi domine.



In illo tempore. Cū natus eſſet ieſus in bethleē iude in diebus herodis regis/ ecce magi ab oriente venerūt hieroſolimā dicentes? Ubi eſt qui natus eſt rex iudeorū. Uidim⁹ enī ſtellā ei⁹ in oriēte: ⁊ venim⁹ cū munerib⁹



Quō Joſeph diſcuſſit ſōnia duoꝝ ſeruorū regis pharaonis.



Dixitq; rurſus pharao ad Joſeph. ecce ꝯſtitui te ſup vniuerſā terrā egypti. tulitq; anulū. ⁊c. Gen. xli



Fecitq; eū aſcēdere ſup currū ſuū ſcōm clamāte pcone vt ōs corā eo flecterēt. ⁊c.



Dedit illi vxorē aſſenez filiā phutifar ſacerdot eliopoleos. egreſſ9 ē itaq ioſeph ad terrā egipti. ⁊c.



Quō Joſeph tēpore meſſis equitat per campos egipti.



Quomō Jacob dat pecunias ſuis filijs pro querēdo blada in egypto.

adorare eum. Audiens autē herodes rex
turbatus eſt et omnis hieroſolima cum il=
lo. Et cōgregans omnes principes ſacer=
dotum et ſcribas populi: ſciſcitabatur ab
eis vbi chriſtus naſceretur. At illi dixerūt
ei. In bethleem iude. Sic enim ſcriptum
eſt per prophetam. Et tu bethleem terra
iuda: nequaquā minima es in principibus
iuda. Ex te enim exiet dux qui regat po=
pulum meum iſrael. Tunc herodes clam
vocatis magis diligēter didicit ab eis tē=
pus ſtelle q̄ apparuit eis. Et mittens eos
in bethleem dixit. Ite et interrogate dili=
genter de puero: ⁊ cum inueneritis renun
ciate michi vt et ego veniens adorem eū.
Qui cum audiſſent regem abierunt. Et ec
ce ſtellam quam viderant in oriente ante=
cedebat eos vſq dum veniēs ſtaret ſupra
vbi erat puer. Vidētes autem ſtellam ma
gi gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et in
trantes domum inuenerunt puerum cum
maria matre eius. Et procidentes adora
uerūt eum. Et apertis theſauris ſuis ob=
tulerūt ei munera: aurum/thus/ ⁊ mirram
Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirēt
ad herodem: per aliam viam reuerſi ſunt
in regionem ſuam. Deo gratias.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Marcum. Gloria tibi domine.



In illo tempore. Recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis ieſus et exprobrauit incredulitatem illorū ⁊ duriciam cordis: qꝛ his qui viderant eum reſurrexiſſe non crediderant. Et dixit eis. Euntes in mundū vniuerſum predicate euāgelium omī creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit ſaluus erit. Qui vero non crediderit: condēnabitur. Signa autem eos qui crediderint hec ſequētur. In nomine meo demonia eiicient/linguis loquentur nouis/ ſerpentes tollent: ⁊ ſi mortiferum quid biberint non eis nocebit. Super egros manus imponent: ⁊ bene habebunt. Et dominus quidem ieſus poſtq̃ locutus eſt eis aſſumptus eſt in celū et ſedet a dextris dei. Illi autē profecti predicauerunt vbiq̃ domino cooperante et ſermonem confirmante: ſequentibus ſignis. Deo gratias.



Quō exierūt ad q̄rēdū blada in egyptū et adorauerunt fratrem ſuū Joſeph.



Quomō iſidiati ſūt domum regis egypti. et a Joſeph detenti ſuut.



Quō ioſeph iuſſit eorū ſaccos īpleri blado: ⁊ pecunias eorū includi et tenuit ſymeonem.



Paſſio domini noſtri ieſu chriſti:
ſecundum Johannem.

Egreſſus eſt dn̄s ieſus cū diſcipulis
ſuis trās torrentē cedrō: vbi erat or
tus in quem introiuit ipſe ⁊ diſcipuli eius.
Sciebat autē ⁊ iudas q̄ tradebat eū locū:
qꝛ frequēter ieſus cōuenerat illuc cū diſci
pulis ſuis. Judas ergo cum accepiſſet co
hortē a pōtificibus ⁊ phariſeis miniſtros ve-
nit illuc cū laternis ⁊ facibus ⁊ armis. Je
ſus itaq; ſciens oia q̄ ventura erant ſup eū
proceſſit et dixit eis. Quē q̄ritis? Reſpon-
derunt ei. Jeſū nazarenū. Dixit eis ieſus.
Ego ſū. Stabat autē et iudas qui trade-
bat eū cum ipſis. Ut ergo dixit eis ego ſū
abierūt retrorſū et ceciderūt in terrā. Ite
rū ergo īterrogauit eos. Quē q̄ritis? Illi
aūt dixerunt. Jeſum nazarenū. Reſpōdit
ieſus. Dixi vobis quia ego ſum. Si ergo
me queritis: ſinite hos abire. Ut imple-
retur ſermo quem dixit. Quia quos dedi-
ſti michi non perdidi ex eis quemq̄. Si-
mon ergo petrus habens gladium eduxit
eū et percuſſit pontificis ſeruū: et abſcidit
auriculam eius dextram. Erat autem no
men ſeruo malchus. Dixit ergo ieſus pe-
tro. Mitte gladiū tuum in vaginam. Ca-
licem quē dedit michi pater non vis vt bi
bam illū? Cohors ergo ⁊ tribunus ⁊ mini



Quomō inuenerunt pecunias ſuas cum blado i ſaccis ſuis.



Quomō Jacob dat beniamin ſuis fratribus vt videatur a Joſeph.



Quomō fratres Joſeph aſtiterunt corā eo p̄ntantes ſibi fratrem ſuū beniamin iuniorem.



Reuerſi ſunt fratres
Joſeph ad eũ portã
tes de optimis terre
frugibus in vaſis
ſuis / ⁊ deferentes ei
mũera modicum re=
ſine / ⁊ mellis / et ſto=
racis / ſtactes ⁊ the=
rebinti ⁊ amigdala=
rum. ⁊c.



Quomõ Joſeph de=
dit ſuis fratribꝰ prã=
dere.

ſtri iudeoꝝ cõprehẽderũt ieſũ et ligauerũt
eũ ⁊ adduxerunt eũ ad annã primũ. Erat
enĩ ſocer cayphe q̇ erat põtifex anni illius
Erat autẽ cayphas q̇ cõſilium dederat iu
deis quia expedit vnũ hoiem mori pro po
pulo. Seq̄batur aũt ieſũ ſymon petrus et
alius diſcipulꝰ. Diſcipulꝰ aũt ille erat no=
tus põtifici. Et ĩtroiuit cũ ieſu in atriũ põ
tificis. Petrꝰ autẽ ſtabat ad hoſtiũ foris.
Exiuit ergo diſcipulus alius q̇ erat notus
põtifici ⁊ dixit hoſtiarie ⁊ ĩtroduxit petrũ.
Dixit ergo petro ancilla hoſtiaria. Nũq̄d
⁊ tu ex diſcipulis es hoĩs iſtius? Dixit ille.
Nõ ſum. Stabant autẽ ſerui ⁊ miniſtri ad
prunas: q̄a frigus erat et calefaciebant ſe.
Erat aũt cũ eis ⁊ petrus ſtãs ⁊ calefaciẽs
ſe. Põtifex ergo interrogauit ieſũ de diſci
pulis ſuis ⁊ de doctrina eius. Reſpõdens
ieſus dixit. Ego palã locutus ſum mũdo.
Ego ſemper docui in ſynagoga ⁊ in tẽplo
quo oẽs iudei cõueniunt ⁊ in occulto locu
tus ſum nichil. quid me ĩterrogas? Inter=
roga eos q̇ audierunt q̄d locutus ſũ ipſis.
Ecce hi ſciũt que dixerĩ ego. Hec autẽ cũ
dixiſſet vnus aſſiſtẽs miniſtroꝝ dedit ala=
pã ieſu dicẽs. Sic reſpõdes põtifici? Re=
ſpondit ieſus. Si male locutus ſum teſti=

moniū ꝑhibe de malo. Si aūt bn̄: qd me ce
dis? Et miſit eū annas ligatū ad cayphā
pōtificē. Erat aūt ſimō petrus ſtās ꝛ cale=
faciēs ſe. Dixerūt ergo ei. Nunqd ꝛ tu ex
diſcipulis ei⁹ es? Negauit ille ꝛ dixit. Nō
ſum. Dixit ei vnus ex ſeruis pontificis co=
gnatus eius cuius abſcidit petrus auricu=
lam. Nōne ego te vidi in orto cū illo. Ite=
rū negauit petrus et ſtatim gallus canta=
uit. Adducunt ergo ieſū a caypha ī preto=
riū. Erat autē mane ꝛ ipſi nō introierūt in
p̄toriū vt nō cōtaminarentur: ſꝫ manduca
rent paſcha. Exiuit ergo pilat⁹ ad eos fo=
ras et dixit. Quā accuſationē affertis ad=
uerſus hominē hunc? Reſpōderūt ꝛ dixe
rūt. Si nō eſſet hic malefactor nō tibi tra=
didiſſemus eū. Dixit ergo eis pilat⁹. Acci
pite eū vos ꝛ ſecundum legē veſtrā iudica
te eū. Dixerunt ergo ei iudei. Nobis non
licet interficere quēq̃. vt ſermo ieſu im
pleretur quem dixit ſignificans qua mor=
te eſſet moriturus. Introiuit ergo iterum
in pretoriū pilatus et vocauit ieſum et di=
xit ei. Tu es rex iudeoꝝ? Reſpōdit ieſus.
A temetipſo hoc dicis an alij tibi dixerūt
de me? Reſpōdit pilatus. Nunqd ego iu=
deus ſū? Gens tua ꝛ pōtifices tradiderūt



Quō ioſeph iuſſit i=
pleri eoꝝ ſaccos bla
do et ciphū ſuū ap=
poni ſacco bēiamin.



Quō beniamin cap=
tus fuit ꝓpē ciphū i
ſacco ſuo inuētum ꝛ
ātē Joſeph ductus.



Quomō Judas ob=
tulit corp⁹ ſuū pro
beniamin: ſi cōdēna
tus eſſet.



Quomō Joſeph no=
uit fratres ſuos ve=
races. et amplexat⁹
eſt beniamin.



Quomodo Joſeph
ducit pharaoni ſu=
os fratres dicendo
ſibi caſum euentū.



Quō rex impleri fa=
cit eoꝝ ſaccos/ ⁊ da=
re facit eis tunicas
et aſinos.

te michi. Quid feciſti? Reſpondit ieſus. Regnū meū non ē de hoc mūdo. ſi ex hoc mūdo eſſet regnū meū miniſtri mei vtiqꝫ decertarēt vt nō traderer iudeis. Nūc aūt regnū meū non eſt hinc. Dixit itaqꝫ pilat⁹ Ergo rex es tu. Reſpondit ieſus. Tu dicis qꝛ rex ſū ego. Ego in hoc nat⁹ ſū et ad hoc veni in mundū vt teſtimoniū perhibeā veritati. Oīs qui eſt ex veritate audit vocem meā. Dixit ei pilat⁹. Quid ē veritas? Et cū hoc dixiſſet iterū exiuit ad iudeos ⁊ dixit eis. Ego nullā inuenio in eo cauſam. Eſt autē cōſuetudo vobis vt vnū dimittā vobis in paſcha. Vultis ergo dimittā vobis regem iudeorum? Clamauerunt rurſum oēs dicentes. Nō hūc: ſed barrabā erat autē barrabas latro. Tūc ergo apprehendit pilatus ieſum ⁊ flagellauit. Et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius ⁊ veſte purpurea circundederunt eum: ⁊ veniebant ad eum et dicebant. Aue rex iudeorum. Et dabāt ei alapas. Exiuit iterū pilatus foras et dixit eis. Ecce adduco vobis eum foras vt cognoſcatiꝭ qꝛ in eo nullā cauſā inuenio. Exiuit ergo ieſus portās coronā ſpineā ⁊ purpureū veſtimētū ⁊ dixit eis pylatus. Ec=

ce hõ. Cũ ergo vidiſſent eũ põtifices ꝛ mi
niſtri clamabant dicẽtes. Crucifige cruci=
fige eũ. Dixit eis pilatus. Accipite eũ vos
ꝛ crucifigite: ego enĩ nõ iuenio in eo cauſã.
Reſponderũt ei iudei. Nos legem habe=
mus ꝛ ſcðm legem debet mori qꝛ filiũ dei
ſe fecit. Cũ ergo audiſſet pilatus hũc ſer=
monẽ magis timuit. Et igreſſus eſt pꝛeto
riũ iterũ et dixit ad ieſũ. Unde es tu? Je=
ſus autẽ reſponſũ non dedit ei. Dixit ergo
ei pilatus. Michi non loq̃ris? Neſcis quia
poteſtatẽ habeo crucifigere te: ꝛ poteſtatẽ
habeo dimittere te? Reſpondit ieſus. Nõ
haberes poteſtatẽ aduerſũ me vllam niſi
tibi datũ eſſet deſuper ꝓpterea qui tradi=
dit me tibi maius peccatũ habet. Et exin
de q̃rebat pilatus dimittere eũ. Judei au=
tem clamabãt dicentes. Si hunc dimittis
nõ es amicus ceſaris. Oĩs enĩ qui ſe regẽ
facit cõtradicit ceſari. Pilatus ergo cũ
audiſſet hos ſermones adduxit ieſũ foras
et ſedit pꝛo tribunali ĩ loco qui dicitur lico
ſtratos: hebꝛaice autem gabatha. Erat au
tem paraſceue paſche hoꝛa quaſi ſexta.
Et dixit iudeis. Ecce rex veſter. Illi au=
tem clamabant. Tolle tolle crucifige eũ.
Dixit eis pilatus. Regem veſtrum cruci=



Quomodo humili=
ter lauit Joſeph pe=
des fratrum ſuoꝝ.



figā? Reſpōderūt pōtifices. Nō habemꝰ
regē niſi ceſarē. Tunc ergo tradidit eis
illū vt crucifigeret. Suſceperūt autē ieſū
et eduxerunt. ⁊ baiulās ſibi crucē exiuit in
eū qui dicitur caluarie locū: hebꝛaice gol=
gotha vbi eū crucifixerūt. Et cū eo alios
duos hinc ⁊ hinc: mediū aūt ieſū. Scripſit
autem et titulū pilatus ⁊ poſuit ſuper cru
cem. Erat autē ſcriptū. Jeſus nazarenus
rex iudeoꝛum. Hunc ergo titulū multi le=
gerunt iudeoꝛū quia pꝛope ciuitatem erat
locus vbi crucifixus eſt ieſus. Et erat ſcri
ptum hebꝛaice/grece/⁊ latine. Dicebāt er
go pilato pōtifices iudeoꝛum. Noli ſcribe
re rex iudeoꝛū: ſed quia ipſe dixit rex ſum
iudeoꝛum. Reſpondit pilatus. Quod ſcri
pſi ſcripſi. Milites ergo cum crucifixiſſēt
eū: acceperunt veſtimenta eius ⁊ fecerunt
quattuoꝛ partes vnicuiqꝫ militi partē ⁊ tu=
nicā. Erat aūt tunica icōſutilis deſuꝑ cō=
texta ꝑ totū. Dixerūt ergo adinuicē. Non
ſcindamus eā: ſed ſoꝛtiamur de illa cuius
ſit: vt ſcriptura impleretur dicēs. Partiti
ſunt veſtimenta mea ſibi: et in veſtē meam
miſerūt ſoꝛtē. Et milites ꝗdē hec fecerūt

Stabāt autē iuxta crucē ieſu mater eiꝰ
et ſoroꝛ matris eiꝰ maria cleophe ⁊ maria





magdalene. Cū vidiſſet ergo ieſus matrē
et diſcipulū ſtantē quē diligebat dixit ma=
tri ſue. Mulier ecce filius tuus. Deinde di
xit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa
hora accepit eā diſcipulus in ſua. Poſtea
ſciens ieſus quia iam oīa cōſummata ſunt
vt conſummaretur ſcriptura: dixit. Sitio.
Uas ergo poſitū erat aceto plenum. Illi
autem ſpongiam plenā aceto iſopo circū=
ponētes obtulerunt ori eius. Cū ergo ac=
cepiſſet ieſus acetum: dixit. Conſumma=
tum eſt. Et inclinato capite tradidit ſpm̄.
Judei ergo (qm̄ paraſceue erat vt non
remanerēt in cruce corpora ſabbato: erat
enim magnꝰ dies ille ſabbati) rogauerunt
pilatum vt frangerētur eorum crura ꝛ tol
lerentur. Uenerunt ergo milites et primi
q̄dē fregerūt crura ꝛ alteriꝰ q̄ crucifixꝰ eſt
cū eo. Ad ieſū aūt cū veniſſent vt viderūt
eū iā mortuū nō fregerūt eiꝰ crura: ſꝫ vnꝰ
militū lācea latus eiꝰ apuit: ꝛ cōtinuo exi=
uit ſāguis et aqua. Et q̄ vidit / teſtimoniū
ꝑhibuit. et verū eſt teſtimoniū eiꝰ. Et ille
ſcit qꝛ vera dicit vt ꝛ vos credatis. Facta
ſūt enī hec vt ſcriptura impleret. Os non
cōminuetis ex eo. Et iterū alia ſcriptura
dicit. Uidebūt in quē trāſfixerunt. Poſt





hec autem rogauit pilatū ioſeph ab arima
thia eo ꝙ eſſet diſcipulus ieſu: occult⁹ au=
tem propter metum iudeorum vt tolleret
corpus ieſu. et permiſit pilatus. Venit er
go et tulit corpus ieſu. Venit autē ⁊ nico=
demus qui venerat ad ieſum nocte primū
ferens mixturam mirre et aloes quaſi li=
bras centum. Acceperunt ergo corpus ie=
ſu et ligauerunt eum lintheis cū aromati=
bus: ſicut mos iudeis eſt ſepelire. Erat au
tem in loco vbi crucifixus eſt ortus: ⁊ in or
to monumētum nouū in quo nōdū quiſq̄
poſitus fuerat. Ibi ergo ꝓpter paraſceuē
iudeorū: quia iuxta erat monumētum/po=
ſuerunt ieſum. Deo gratias. Oremus.

Deus qui manus tuas et pedes tuos
et totū corpus tuū pro nobis pecca=
toribus in ligno crucis poſuiſti: et coronā
ſpineā a iudeis in deſpectu tui ſacratiſſimi
nominis ſuꝑ caput tuū impoſitā ſuſtinui=
ſti: ⁊ quinq̄ vulnera ꝑ nobis peccatorib⁹
in ligno crucis paſſus fuiſti: da nobis ho=
die ⁊ quotidie vſū penitētie/abſtinētie/pa=
tientie/humilitatis/caſtitatis/ lumē/ſenſū
et intellectum: ⁊ puram conſcientiam vſq̄
in finē. Ieſu chriſte ſaluator mundi. Qui
cū patre ⁊ ſpūſancto vi. ⁊ re. de⁹. ⁊c.





Domine labia mea aperies. Et os me-
um annunciabit laudem tuā. Deus in
adiutorium meum intende. Domine



affligebat eos iratū vt exprobraret. i. re. i.



Vade in pace deus iſrl dabit tibi petitōꝫ. t.





ad adiuuandū me feſtina. Gloria patri et filio ꝛ ſpiritui ſancto. Sicut erat i principio ꝛ nūc ꝛ ſemꝑ ꝛ in ſecula ſeculoꝝ. Amē Alleluya. Et dr a paſcha reſurrectiōis vſq ad ſeptuageſimam: et a ſeptuageſima vſq ad paſcha dr. Laus tibi dñe rex eterne glorie. Inuitatoriū. Aue maria gratia plena dominus tecum.

Pſalmus.

Venite exultemus domino iubilem⁹ deo ſalutari noſtro: preoccupem⁹ faciem eius in confeſſione ꝛ in pſalmis iubilemus ei. Aue maria. Qm̄ deus magnus dñs ꝛ rex magn⁹ ſuꝑ oēs deos/ qm̄ non repellet dñs plebem ſuā qꝛ in manu ei⁹ ſunt oēs fines terre et altitudines montiū ipſe cōſpicit. Dñs tecum. Qm̄ ipſius eſt mare et ipſe fecit illud ꝛ aridam fundauerūt manus eius venite adoremus ꝛ procidamus ante deum ploremus coram dño qui fecit nos: qꝛ ipſe eſt dñs deus noſter nos autem populus eius ꝛ oues paſcue ei⁹. Aue maria. Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra: ſicut in exacerbatione ſecundū diē tentationis in deſerto vbi tentauerunt me patres veſtri probauerūt et viderūt opera mea. Dñs tecū. Quadraginta annis ꝓximus fui generationi huic



et dixi ſemper hi errãt corde: ipſi vero nõ
cognouerunt vias meas quibus iuraui in
ira mea ſi introibũt in requiẽ meam. Aue
maria. Gloria patri ꝛ filio: et ſpirituiſan=
cto. Sicut erat in principio et nunc ꝛ ſem
per: et in ſecula ſeculorũ. Amen. Dominꝰ
tecum. Aue maria. Hymnus.

Quem terra/ponthus/ethera/colũt/
adorant/ predicant trinam regẽtem
machinam clauſtrum marie baiulat. Cui
luna ſol et omnia deſeruiunt per tempora
perfuſa celi gratia geſtant puelle viſcera.
Beata mater munere cuius ſupernus ar
tifex mundũ pugillo cõtinens ventris ſub
archa clauſus eſt. Beata celi nuncio fecũ=
da ſanctoſpiritu deſideratus gentibus cu
ius per aluũ fuſus eſt. Gloria tibi dñe q̃ na
tus es de virgine cũ patre ꝛ ſãctoſpũ in ſẽ
piterna ſecula. Amen. Iſte pſalmus et
alij duo ſequẽtes cum ſuis añis dicunt die
bus dñice/lune/ꝛ iouis. ã. Bñdicta tu. p̄s.

Domine dñs noſter: q̃ admirabile eſt
nomẽ tuũ in vniuerſa terra. Qm̃ ele=
uata eſt magnificentia tua: ſuper celos. Ex
ore infantiũ et lactentiũ perfeciſti laudem
propter inimicos tuos: vt deſtruas inimi=
cum ꝛ vltorẽ. Qm̃ videbo celos tuos opa



Cõcepit ãna ꝛ
peperit filiam
ꝛ adduxit eam



ad domum do
mini in ſylo. I.
Regum. I.







Qualiter opa
batur maria ar
te textoria.



Cũ eẽt deſpon
ſata mater ieſu
maria ioſeph.



digitorum tuorũ:lunã ⁊ ſtellas que tu fun=
daſti. Quid eſt homo ꝙ memor es eius:
aut filius hominis quoniã viſitas eũ. Mi=
nuiſti eũ paulominus ab angelis gloria et
honore coronaſti eum: ⁊ conſtituiſti eũ ſup
opera manuũ tuarum. Omnia ſubieciſti
ſub pedibus eius oues ⁊ boues vniuerſas
inſuper et pecora campi. Volucres celi ⁊
piſces maris:qui pambulant ſemitas ma=
ris. Dñe dñs noſter: ꝙ admirabile eſt no=
men tuũ in vniuerſa terra. Gl'ia patri. añ.
Bñdicta tu in mulieribus ⁊ bñdictus fru=
ctus ventris tui. añ. Sicut mirra. ps.
Celi enarrant gloriã dei: ⁊ opera ma
nuum eius annũciat firmamentum.
Dies diei eructat verbum: ⁊ nox nocti in
dicat ſcientiã. Non ſunt loquele neqꝫ ſer=
mones:quorum non audiantur voces eo=
rum. In omnẽ terram exiuit ſonus eoꝝ:⁊
in fines orbis terre verba eoꝝ. In ſole po
ſuit tabernaculũ ſuũ: ⁊ ipſe tanqꝫ ſponſus
procedens de thalamo ſuo. Exultauit vt
gygas ad currendã viã:a ſũmo celo egreſ
ſio eius. Et occurſus ei⁹ vſqꝫ ad ſummũ
eius:nec eſt qui ſe abſcondat a calore ei⁹.
Lex dñi imaculata cõuertens aĩas:teſti=
moniũ dñi fidele ſapiẽtiã pſtans paruulis.



Iuſticie dñi recte letificantes corda:pre-
ceptū dñi lucidū illuminans oculos. Ti-
mor dñi ſanctus ꝑmanet in ſeculū ſeculi:
iudicia domini vera iuſtificata in ſemetipſa
Deſiderabilia ſuꝑ aurū ⁊ lapidē ꝑcioſum
multū:⁊ dulciora ſuper mel ⁊ fauū. Etenī
ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis il
lis retributio multa. Delicta quis intelli-
git ab occultis meis munda me: ⁊ ab alie-
nis parce ſeruo tuo. Si mei nō fuerint do
minati tunc immaculatus ero: et emunda
bor a delicto maximo. Et erūt vt cōplace
ant eloquia oris mei: et meditatio cordis
mei in cōſpectu tuo ſemper. Dñe adiutor
meus:et redemptor meus. Gloria patri ⁊
filio. Sicut erat.⁊c.ān. Sicut mirra ele-
cta odorem dediſti ſuauitatis ſācta dei ge
nitrix.ān. Ante thorum. Pſalmus.

Domini eſt t̃ra ⁊ plenitudo eius orbis
terrarū:⁊ vniuerſi q̄ habitāt in eo. Qꝛ
ipſe ſuꝑ maria fūdauit eū:⁊ ſuꝑ flumīa pre-
parauit eū. Quis aſcēdet in montē dñi:aut
quis ſtabit in loco ſācto eiꝰ. Innocēs ma
nibus et mūdo corde q̄ nō accepit inuano
aīam ſuā: nec iurauit in dolo ꝓximo ſuo.
Hic accipiet bñdictionē a dño:et miam a
deo ſalutari ſuo. Hec eſt ḡnatio q̄rentiū eū



Miſſus eſt gabriel āgelꝰ a do ī ciuitatē gali.



Ioſeph noli timere accipere mariā ī ꝯiugē.







exurgēs ioſeph a ſōno accepit cōiugē ſuam.



Pepit filiū ſuum p̄mogeitū ⁊ pānis cū. ⁊c̄.



querētiū faciē dei iacob. Attollite portas
p̄ncipes veſtras ⁊ eleuamini porte eterna
les: ⁊ ītroibit rex glīe. Quis eſt iſte rex glīe
dn̄s fortis ⁊ potēs dn̄s potēs i p̄lio. Attol
lite portas p̄ncipes vr̄as ⁊ eleuamini por=
te eťnales: ⁊ ītroibit rex glīe. Quis eſt iſte
rex glīe: dn̄s ꝟtutū ip̄e eſt rex glīe. Glīa. ā.
Ante thorū huius virginis frequētate no=
bis dulcia cātica dragmatis. ℣. Diffuſa eſt
gratia ī labiis tuis. ℟. Propterea bn̄dixit
te de⁹ ineternū. Pater noſter. Et ne nos.
Bn̄dictio. Precibus ⁊ meritis. vt ſequiť
poſt. Iſte pſalmus ⁊ alij duo ſequentes
cū ſuis antiphonis dicunť diebus martis.
⁊ veneris. ān. Specie tua. p̄s.

Eructauit cor meum verbū bonū: di
co ego opera mea regi. Lingua mea
calamus ſcribe: velociter ſcribentis. Spe
cioſus forma pre filiis hominū diffuſa eſt
gratia in labiis tuis: propterea benedixit
te deus ineternum. Accingere gladio tuo
ſuper femur tuū: potentiſſime. Specie tua
⁊ pulchritudine tua: intende, p̄ſperè proce
de et regna. Propter veritatē ⁊ manſue=
tudinē ⁊ iuſticiā: et deducet te mirabiliter
dextera tua. Sagitte tue acute populi ſub
te cadent: in corda inimicorum regis. Se=



des tua deus in ſeculū ſeculi: virga direc-
tionis virga regni tui. Dilexiſti iuſticiā et
odiſti iniquitatē: propterea vnxit te deus
deus tuus oleo leticie pre cōſortibus tuis
Mirra et gutta et caſia a veſtimentis tuis
a domibꝰ eburneis: ex q̄bus delectauerūt
te filie regū in honore tuo. Aſtitit regina a
dextris tuis in veſtitu deaurato: circūda-
ta varietate. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina au-
rem tuam: et obliuiſcere populū tuū ⁊ do-
mum patris tui. Et concupiſcet rex deco
rem tuum: quoniā ipſe eſt dominus deus
tuus ⁊ adorabūt eū. Et filie tyri in muneri
bus vultū tuū deprecabuntur: oēs diuites
plebis. Omnis gloria eius filie regis abin
tus ī fimbriis aureis: circūamicta varieta-
tibus. Adducent regi virgīes poſt eā: pri-
me eiꝰ afferētur tibi. Afferent in leticia et
exultatiōe: adducent ī tēplū regis. Pro pa
tribꝰ tuis nati ſūt tibi filij: ꝯſtitues eos pri
cipes ſup oēm terrā. Memores erunt nōis
tui dn̄e: in oī gn̄atiōe ⁊ gn̄ationē. Propt̄ea
ppl'i ꝯfitebunt tibi ī etn̄ū: ⁊ ī ſcl'm ſcl'i. Gl'a.
ān. Specie tua ⁊ pulchritudine tua intēde
ꝓſpere ꝓcede ⁊ regna. ān. Adiuuabit. ps.
DEus noſter refugiū et virtus: adiu-
tor in tribulatiōibus que inuenerūt



Poſtq̄ cōſummati ſunt dies octo vt cir. ⁊c.



Ubi ē q̄ natꝰ ē rex iudeoꝝ vidimꝰ ei ſtel. ⁊c.







Uox in rama. ploꝛat⁹ etvlu=
latus. ꝛc.



Ipſe ꝯfriget ſi=
mulacra eoꝝ: de
populabit. et c.



nos nimis. Propterea nō timebimus dū
turbabit terra: ꝛ transferētur mōtes in coꝛ
maris. Sonuerūt ꝛ turbate ſūt aque eoꝝ:
cōturbati ſūt mōtes in foꝛtitudīe ei⁹. Flu
minis impetus letificat ciuitatē dei: ſācti=
ficauit tabernaculū ſuū altiſſim⁹. Deus in
medio eius non cōmouebit: adiuuabit eā
deus mane diluculo. Cōturbate ſūt gētes
ꝛ inclinata ſūt regna: dedit vocē ſuā mota
eſt terra. Dñs virtutū nobiſcū: ſuſceptoꝛ
noſter deus iacob. Uenite ꝛ videte opa do
mini que poſuit ꝓdigia ſup terrā: auferēs
bella vſq; ad finē terre. Arcum conteret
et cōfringet arma: et ſcuta comburet igni.
Uacate ꝛ videte quoniā ego ſū deus: ex=
altaboꝛ in gentibus et exaltaboꝛ in terra.
Dñs virtutū nobiſcum: ſuſceptoꝛ noſter
deus iacob. Gloria. ān. Adiuuabit eā de⁹
vultu ſuo deus in medio eius non cōmo=
uebitur. ān. Sicut letantium. ps.
Fundamēta eius in montib⁹ ſanctis
diligit dñs poꝛtas ſyon: ſup oīa ta
bernacula iacob. Glorioſa dicta ſūt de te:
ciuitas dei. Memoꝛ ero raab ꝛ babilonis:
ſcientiū me. Ecce alienigene ꝛ tyrus ꝛ po
pulus ethyopū: hi fuerūt illic. Nunqd ſyō
dicet homo ꝛ homo natus eſt in ea: ꝛ ipſe



fundauit eā altiſſim⁹ Dñs narrabit in ſcri
pturis populoꝝ ꝛ principū: hoꝝ q̄ fuerūt i
ea. Sicut letantiū oīm: habitatio eſt in te.
Gloria. ā. Sicut letātiū oīm noſtrū habi=
tatio eſt in te ſctā dei genitrix. ℣. Diffuſa ē
gratia ī labijs tuis. ℟. Propterea benedi
xit te de⁹ ieťnū. Paťnr̄. Bñdictio. Preci
bus ꝛ meritis. vt ſequiť poſt. ¶ Iſte ps et
alij duo ſeq̄ntes cū ſuis ātiphonis dicunť
diebus mercurij ꝛ ſabbati. ā. Gaude. p̄s.
Cantate dño canticū nouum: cantate
dño oīs terra. Cātate dño ꝛ bñdici=
te noī ei⁹: annūciate de die in diē ſalutare
eius. Annūciate inter gētes gloriā ei⁹: in
oībus populis mirabilia ei⁹. Qm̄ magn⁹
dñs ꝛ laudabilis nimis: terribilis eſt ſuper
oēs deos. Qm̄ oēs dij gētiū demonia: dñs
aūt celos fecit. Cōfeſſio ꝛ pulchritudo in
cōſpectu eius: ſanctimonia ꝛ magnificētia
in ſanctificatiōe eius. Afferte dño patrie
gentiū afferte dño gloriā ꝛ honorē: afferte
dño gloriā nomini ei⁹. Tollite hoſtias et
itroite in atria ei⁹: adorate dñm ī atrio ſan
cto eius. Cōmoueat a facie eius vniuer=
ſa terra: dicite in gētibus quia dñs regna=
uit. Etenim correxit orbem terre qui non
cōmouebitur: iudicabit populos in eq̄tate





Stupebāt aūt oēs ſup prudē tia et rñſis ei⁹.



Nuptie fcte ſūt ī chana galilee et erat mr̄ ieſu





Baptizat⁹ aūt
ieſus cōfeſtim
aſcēdit d̄ aqua



Et accedēs t̄e.
dixit ei. ſi fili⁹
dei es dic vt. ⁊c̄



Letentur celi ⁊ exultet t̄ra cōmoueat̄ mare ⁊ plenitudo eius: gaudebūt cāpi ⁊ oīa q̄ in eis ſūt. Tunc exultabūt oīa ligna ſiluarum a facie dn̄i qꝛ venit: qm̄ venit iudicare terrā. Iudicabit orbē terre in equitate: et populos in veritate ſua. Gl'ia. an̄. Gaude maria v̄go cūctas hereſes ſola īteremiſti in vniuerſo mundo. an̄. Dignare. ps.

Dominus regnauit exultet terra: letētur inſule multe. Nubes ⁊ caligo in circuitu ei⁹: iuſticia ⁊ iudiciū correctio ſedis eius. Ignis ante ipſum p̄cedet: ⁊ inflāmabit in circuitu inimicos eius. Illuxerunt fulgura eius orbi terre: vidit et commota eſt terra. Mōtes ſicut cera fluxerūt a facie domini: a facie domini omnis terra Annūciauerunt celi iuſticiā eius: ⁊ viderunt omnes populi gloriā eius. Confundantur om̄es qui adorāt ſculptilia: ⁊ q̄ gloriātur in ſimulacris ſuis. Adorate eū oēs angeli ei⁹: audiuit ⁊ letata eſt ſyō. Et exultauerūt filie iude: ꝓpter iudicia tua dn̄e Qm̄ tu dn̄s altiſſimus ſup oēm terrā: nimis exaltatus es ſup oēs deos. Qui diligitis dn̄m odite malum cuſtodit dominus animas ſanctorꝝ ſuorum: de manu pctōris liberauit eos. Lux orta eſt iuſto: et rectis



corde leticia. Letamini iuſti in domino: ꝛ
confitemini memorie ſanctificationis ei⁹.
Gloria. añ. Dignare me laudare te virgo
ſacrata da michi virtutē contra hoſtes tu=
os. añ. Poſt partum. Pſalmus.
Cantate dño canticū nouū: qꝛ mirabi
lia fecit. Saluauit ſibi dextera ei⁹: ꝛ
brachiū ſanctū ei⁹. Notū fecit dñs ſaluta
re ſuū: in ꝯſpectu gentiū reuelauit iuſticiā
ſuā. Recordat⁹ eſt mie ſue ꝛ veritatꝭ ſue:
domui iſrael. Viderūt oēs termini t̄re: ſa
lutare dei noſtri. Iubilate deo oīs terra
cantate ꝛ exultate ꝛ pſallite. Pſallite dño
in cythara in cythara ꝛ voce pſalmi: in tu=
bis ductilib⁹ ꝛ voce tube cornee. Iubila=
te in cōſpectu regis dñi moueatur mare et
plenitudo eius orbis terrarū: et qui habi=
tant in eo. Flumina plaudēt manu ſimul
mōtes exultabūt a conſpectu dñi: qm̄ ve=
nit iudicare terrā. Iudicabit orbē terraꝝ
in iuſticia: ꝛ populos in equitate. Glia. ā.
Poſt partū ꝟgo iuiolata ꝑmanſiſti dei ge
nitrix itercede ꝓ nobis. ℣. Diffuſa eſt gra=
tia in labijs tuis. ℟. Propterea benedixit
te deus ineternū. Pater noſter. Bñdictio
Precibus ꝛ meritis btē marie virginis ꝛ
oīm ſctōꝝ ꝑducat nos dñs ad regna celo=



Ingreſſus tem
plū cepit eijce
re vēdētes. ꝛc.



Miſerere mei
fili dō filia mā
male a de. ꝛc.







Dñe ſi vis po=
tes me munda
re. ⁊ extẽdẽs ⁊c.



Et ꝑteriẽs ihs
vidit hoiẽ ce=
cũ a natiuitate



rum. Amen. Jube domine benedicere.
Nos cum prole pia benedicat virgo ma=
ria. Amen. Lec. j.

In oĩbus requiẽ q̃ſiui ⁊ in hereditate
domini morabor: tũc precepit ⁊ dixit
michi creator oĩm ⁊ qui creauit me requie
uit ĩ tabernaculo meo ⁊ dixit michi. In ia
cob ĩhabita ⁊ ĩ iſrael hereditare: ⁊ in elect[is]
meis mitte radices. Tu aũt dñe miſerere
nr̃i. Deo grãs. ℞. Sctã ⁊ immaculata vir=
ginitas q̃bus te laudib⁹ efferã neſcio. Qꝛ
quẽ celi capere nõ poterãt tuo gremio cõ=
tuliſti. ℣. Bñdicta tu in mulieribus ⁊ bñdi
ctus fructus vẽtris tui. Qꝛ. Jube dñe bñ=
dicere. In oĩ tribulatiõe ⁊ anguſtia ſuccur
rat nobis virgo maria. Amen. Lec. ij.

Et ſic in ſyon firmata ſũ ⁊ in ciuitate
ſanctificata ſimiliter requieui: et in
hieruſalẽ poteſtas mea. Et radicaui in po
pulo honorificato ⁊ ĩ partes dei mei here=
ditas illius ⁊ in plenitudine ſctõꝝ detẽtio
mea. Tu aũt. ℞. Btã es virgo maria que
dñm portaſti creatorẽ mundi. Genuiſti q̃
te fecit ⁊ ineternũ ꝑmanes virgo. ℣. Aue
maria gratia plena dominus tecũ. Genui
ſti qui te fecit. ⁊c. Jube domine bñdicere.
Per virginẽ matrẽ cõcedat nobis domi=



nus ſalutē et pacem. Amen. l.iij.

Quaſi cedrus exaltata ſū in libano et
quaſi cypreſſus in mōte ſyon. Quaſi
palma exaltata ſum in cades et quaſi plā-
tatio roſe in hierico. Quaſi oliua ſpecioſa
in campis et quaſi platanus exaltata ſum
iuxta aquas. In plateis ſicut cynamomū
et balſamū aromatizās odorē dedi. Quaſi
mirra electa dedi ſuauitatem odoris. Tu
autē domine miſerere noſtri. Deo gratias
℟. Felix nāq; es ſacra virgo maria ⁊ omī
laude digniſſima. Quia ex te ortus eſt ſol
iuſticie chriſtus deus noſter. ℣. Ora ꝓ po-
pulo interueni pro clero intercede pro de-
uoto femineo ſexu: ſentiant omēs tuum le
uamē quicūq; celebrant tuā cōmemorati-
onē. Quia ex te ortus eſt ſol iuſticie. Glia
patri. Chriſtus deus noſter.

Canticū ſctōꝝ ambroſij ⁊ auguſtini.

Te deum laudamus: te dn̄m confite-
mur. Te eternū patrē: omnis terra
veneratur. Tibi oēs angeli: tibi celi ⁊ vni-
uerſe poteſtates. Tibi cherubī ⁊ ſeraphin:
inceſſabili voce ꝓclamant. Sanctus. Sā-
ctus. Sanctus dominus deus ſabaoth.
Pleni ſūt celi et terra: maieſtatis glīe tue
Te glorioſus: apoſtoloꝝ chorus. Te pro-



Reſplēduit fa
cies eius ſicut
ſol ⁊ veſtimēta



eius facta ſunt
alba ſicut nix.
Mathei.xvii







accedētes pha
riſei interroga
bāt eum.⁊c.



Uenit mulier
đ ſamaria hau
rire aquā.⁊c.



phetarũ:laudabilis numerus Te marty=
rum candidatus:laudat exercitus Te ꝑ
orbē terrarum: ſancta confitetur eccleſia.
Patrē immenſe maieſtatis. Venerandũ
tuũ verũ:⁊ vnicũ filiũ Sanctum quoqꝫ pa
raclitũ ſpm̄. Tu rex glorie chriſte Tu pa=
tris:ſempiternus es filius Tu ad liberan
dũ ſuſcepturus hoiem:nō horruiſti virgi=
nis vterũ Tu deuicto mortis aculeo:ape=
ruiſti credentibꝰ regna celorũ Tu ad dex=
terā dei ſedes:in gl'ia patris Iudex crede
ris:eſſe vēturus Te ergo q̄s famulis tuis
ſubueni:quos precioſo ſāguine redemiſti.
Eterna fac: cũ ſanctis tuis i gloria nume
rari Saluũ fac populũ tuũ dñe:⁊ bñdic he
reditati tue Et rege eos:⁊ extolle illos vſ
qꝫ ineternũ Per ſingulos dies:benedici=
mus te Et laudamus nomē tuũ in ſeculũ:
⁊ in ſeculũ ſeculi Dignare dñe die iſto:ſine
peccato nos cuſtodire. Miſerere noſtri do
mine:miſerere noſtri Fiat mia tua dñe ſu
per nos: quēadmodum ſperauimus in te.
In te domine ſperaui non confundar in
eternum.

Ad laudes.





DEus in adiutoriū meum intende Dñe
ad adiuuandum Gloria patri et filio.
Sicut erat.ꝛc.añ. Aſſumpta eſt. ps.





Jeſus aūt icli-
nans ſe deorſū
digito ſcribed.



De qnqꝫ pani
bus et duobuſ
piſcib⁹. Jo. 6.



D Ominus regnauit decorē indutus
eſt: indut⁹ eſt dñs fortitudinē ⁊ pre
cinxit ſe. Etenim firmauit orbē terre: qui
nō cōmouebitur. Parata ſedes tua deus
extunc: a ſeculo tu es. Eleuauerūt flumi-
na dñe: eleuauerūt flumina vocē ſuā. Ele-
uauerunt flumina fluctus ſuos: a vocibus
aquarū multarū. Mirabiles elationes ma
ris: mirabilis in altis dñs. Teſtimonia tua
credibilia facta ſunt nimis: domū tuā de-
cet ſãctitudo dñe in lōgitudinē dierū. Glīa
patri ⁊ filio. añ. Aſſumpta eſt maria in ce-
lum gaudent angeli laudātes bñdicūt do-
minum. añ. Maria virgo. ps.

Iubilate deo omnis terra: ſeruite do
mino in leticia. Introite in conſpe-
ctu eius: in exultatione. Scitote qm̄ dñs
ipſe eſt de⁹: ipe fecit nos ⁊ nō ipſi nos. Po
pulus ei⁹ ⁊ oues paſcue eius introite por-
tas eius in cōfeſſione: atria eius ī hymnis
cōfitemini illi. Laudate nomē ei⁹ qm̄ ſua-
uis eſt dñs ineternū mia eius: ⁊ vſqꝫ in ge-
neratione ⁊ generationē veritas ei⁹. Glīa
patri ⁊ filio. Sicut erat in principio. ⁊c. ā.
Maria virgo aſſumpta eſt ad ethereū tha
lamum in quo rex regum ſtellato ſedet ſo
lio. añ. In odorem. Pſalmus.



DEus deus meus: ad te de luce vigi=
lo. Sitiuit in te aīa mea: ꝙ multipli
citer tibi caro mea. In terra deſerta inuia
⁊ inaquoſa ſic in ſancto apparui tibi: vt vi=
derē virtutē tuam ⁊ gloriam tuam. Quo=
niā melior ē mīa tua ſup vitas: labia mea
laudabūt te. Sic bn̄dicā te in vita mea: ⁊
in nomine tuo leuabo manꝰ meas. Sicut
adipe ⁊ pinguedine repleatur anima mea:
et labijs exultationis laudabit os meum.
Sic memor fui tui ſup ſtratū meū in ma=
tutinis meditabor in te: quia fuiſti adiutor
meus. Et in velamento alarū tuarū exul
tabo adheſit aīa mea poſt te: me ſuſcepit
dextera tua. Ipſi vero in vanū queſierūt
animā meam: introibunt in īferiora terre:
tradentur in manus gladij partes vulpiū
erūt. Rex vero letabitur in deo laudabū=
tur omnes qui iurant in eo: quia obſtructū
eſt os loquentium iniqua.

DEus miſereatur noſtri ⁊ bn̄dicat no
bis: illuminet vultū ſuū ſuper nos ⁊
miſereat̄ noſtri. Ut cognoſcamus in ter=
ra viam tuam: in omnibus gentibus ſalu=
tare tuū. Confiteantur tibi populi deus:
cōfiteantur tibi populi omnes. Letentur
⁊ exultent gentes qm̄ iudicas populos in



Et cū itinxiſſet panē dedit iu=
de ſymōis ſca.



Cōſtituerūt ei trigita argēte=
os et exide. ⁊c







At ergo dixit eis ego ſū abi erūt retrorſū.



Quēcūq3 oſculat⁹ fuero ipſe ē tenete eum



equitate: ꝛ gentes in terra dirigis. Confi-
teantur tibi populi de⁹ cōfiteantur tibi po
puli oēs: terra dedit fructū ſuū. Bñdicat
nos deus de⁹ noſter bñdicat nos deus: et
metuant eū oēs fines ẗre. Glia patri. añ.
In odorē vnguentoꝝ tuoꝝ currimus ado
leſcentule dilexerūt te nimis. ã. Bñdicta.

Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera dñi dño: lau
date ꝛ ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite angeli dñi dño: bñdicite celi
dño. Bñdicite aque omnes q̄ ſuper celos
ſunt dño: bñdicite omẽs virtutes dñi dño.
Bñdicite ſol ꝛ luna dño: bñdicite ſtelle ce
li dño. Bñdicite ymber ꝛ ros dño: bñdici-
te oīs ſpiritus dei dño. Bñdicite ignis et
eſtus dño: bñdicite frigus ꝛ eſtas dño. Bñ
dicite rores ꝛ pruina dño: bñdicite gelu et
frigus dño. Bñdicite glacies ꝛ niues dño:
bñdicite noctes ꝛ dies dño. Bñdicite lux
ꝛ tenebre dño: benedicite fulgura et nubes
domino. Benedicat terra dñm: laudet et
ſuperexaltet eū in ſecula. Bñdicite mon-
tes et colles dño: bñdicite vniuerſa germi
nantia in terra dño. Bñdicite fontes dño:
bñdicite maria ꝛ flumina dño. Bñdicite ce
te ꝛ oīa que mouent̃ in aquis dño: bñdicite





omēs volucres celi dn̄o. Bn̄dicite oēs be
ſtie et pecoꝛa dn̄o: bn̄dicite filij hoīm dn̄o.
Bn̄dicat iſrael dn̄m: laudet et ſuperexaltet
eū in ſecula. Bn̄dicite ſacerdotes dn̄i dn̄o:
bn̄dicite ſerui dn̄i dn̄o. Benedicite ſpūs ⁊
anime iuſtoꝛum dn̄o: bn̄dicite ſancti et hu=
miles coꝛde dn̄o. Benedicite anania aza=
ria miſael dn̄o: laudate ⁊ ſuperexaltate eū
in ſecula. Benedicamus patrē ⁊ filiū cum
ſanctoſpiritu: laudemus ⁊ ſuperexaltemꝰ
eū in ſecula. Bn̄dictus es dn̄e in firmamē=
to celi: ⁊ laudabilis ⁊ glorioſus ⁊ ſuperexal=
tatus in ſecula. Amen. an̄. Benedicta filia
tu a dn̄o quia per te fructū vite cōmunica
uimus. an̄. Pulchꝛa es. Pſalmus.

Laudate dn̄m de celis: laudate eū in
excelſis. Laudate eum omnes an=
geli eius: laudate eū omnes virtutes eius.
Laudate eū ſol et luna: laudate eū omēs
ſtelle ⁊ lumē. Laudate eum celi celoꝝ et
aque que ſuper celos ſūt: laudēt nomē dn̄i
Qꝛ ipſe dixit et facta ſunt: ipſe mandauit
et creata ſūt. Statuit ea ineternū et in ſe=
culum ſeculi: pꝛeceptū poſuit et non pꝛete
ribit. Laudate dn̄m de terra: tracones et
omnes abyſſi. Ignis grando nix glacies
ſpiritus pꝛocellarū: que faciūt verbū eius



Adduxerūt eū ad annā pꝛimū Johānis xviii.



pꝛophetiſa nobis xpe q̄s eſt q̄ te percuſſit.







Quā accuſatio
nē affertis aduer
ſus hoīem hūc



appꝛehēdit py
latꝰ ieſū ꝛ flagel
lauit eū. io. 19.



Montes ꝛ omēs colles: ligna fructifera ꝛ
omnes cedri. Beſtie ꝛ vniuerſa pecoꝛa: ſer
pentes ꝛ volucres pennate. Reges terre ꝛ
omēs populi: pꝛincipes ꝛ oēs iudices ter=
re. Iuuenes ꝛ virgines ſenes cū iunioꝛibꝰ
laudēt nomē dñi: qꝛ exaltatū eſt nomē eiꝰ
ſolius. Cōfeſſio eiꝰ ſup celū ꝛ terrā: ꝛ exal
tauit coꝛnu populi ſui. Hymnꝰ oībus ſctīs
eiꝰ: filijs iſrael populo appꝛopīquāti ſibi.
Cantate dño cāticū nouū: laus eiꝰ in
eccl'ia ſctōꝝ. Letet' iſrl' in eo q̄ fecit
eū: ꝛ filie ſyō exultēt ī rege ſuo. Laudēt no
men eiꝰ in choꝛo: in tympano et pſalterio
pſallāt ei. Qꝛ bñplacitū eſt dño in populo
ſuo: ꝛ exaltauit māſuetos in ſalutē. Exul=
tabūt ſācti in gloꝛia: letabunt in cubilibus
ſuis. Exultationes dei in gutture eoꝛū: et
gladij ancipites in manibus eoꝝ. Ad fa=
ciendā vindictā in nationibꝰ: increpatiōes
in populis. Ad alligandos reges eoꝛū in
cōpedibus: ꝛ nobiles eoꝛū in manicis fer=
reis. Ut faciant in eis iudiciū conſcriptū:
gloꝛia hec eſt omnibus ſanctis eius.
Laudate dñm in ſctīs eiꝰ: laudate eū
in firmamēto virtutis eius. Lauda=
te eū in ꝟtutibꝰ eius: laudate eū ſcd̄m mul
titudinē magnitudinis eius. Laudate eū



in ſono tube: laudate eũ in pſalterio et cy-
thara. Laudate eũ in tympano et choro:
laudate eũ i cordis ⁊ organo. Laudate eũ
in cymbalis bñſonantibus: laudate eum ĩ
cymbalis iubilationis: oĩs ſpũs laudet do
minum. Gloria patri. ã. Pulchra es ⁊ de
cora filia hieruſalẽ terribilis vt caſtrorum
acies ordinata. Capitulum.

Viderũt eam filie ſyon et beatiſſimã
predicauerunt: ⁊ regine laudauerũt
eam. Deo gratias. Hymnus.

O Glorioſa dña excelſa ſupra ſydera q̃
te creauit prouide lactaſti ſacro vbe
re. Quod eua triſtis abſtulit tu reddis al-
mo germine intrẽt vt aſtra flebiles celi fe-
neſtra facta es. Tu regis alti ianua ⁊ por-
ta lucis fulgida vitã datã per virginẽ gen-
tes redempte plaudite. Gloria tibi dñe q̃
natus es de virgine cũ patre ⁊ ſanctoſpiri
tu in ſempiterna ſecula. Amen. ℣. Bene-
dicta tu in mulieribus. ℟. Et benedictus
fructus vẽtris tui. añ. Beata dei genitrix.

Canticũ zacharie.

Benedictus dñs deꝰ iſrael: qꝛ viſita-
uit ⁊ fecit redemptionem plebis ſue.
Et erexit cornu ſalutis nobis: ĩ domo da-
uid pueri ſui. Sicut locutus eſt ꝑ os ſan-



Vidẽs pylatus qꝛ nichil ꝓficeret accepta. ⁊c.



Et baiulãs ſibi crucẽ exiuit ĩ eũ q̃ dꝛ cal. ⁊c







Crucifixerũt eũ
⁊cũ eo alios du
os hic et hic. ⁊c.



Veit ioſeph ab
arimathia ⁊ tu
lit corpus ieſu.



ctorũ:qui a ſeculo ſunt prophetarum eius
Salutẽ ex inimicis noſtris:⁊ de manu om=
niũ qui oderunt nos. Ad faciendã miam
cũ patribus noſtris:et memorari teſtamẽ=
ti ſui ſancti. Iuſiurandũ quod iurauit ad
abraham patrem noſtrũ: daturũ ſe nobis.
Et ſine timore de manu inimicoꝝ noſtro
rum liberati: ſeruiamus illi. In ſctitate ⁊
iuſticia corã ipſo: omnibus diebus noſtris
Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis:
preibis eni ante faciẽ dñi parare vias eius
Ad dandã ſcientiã ſalutis plebi ei⁹:in re=
miſſionẽ peccatoꝝ eorũ. Per viſcera mi=
ſericordie dei noſtri:ĩ quibus viſitauit nos
oriens ex alto. Illuminare his qui in tene
bris ⁊ in vmbra mortis ſedent:ad dirigen=
dos pedes noſtros in viã pacis. Gloria.ã.
Beata dei genitrix maria virgo perpetua
templum domini ſacrariũ ſpiritusſãcti: tu
ſola ſine exẽplo placuiſti domino noſtro ie
ſu chriſto.ora pro populo.interueni ꝑ cle=
ro.itercede pro deuoto femineo ſexu. Ky=
ri eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyri eleyſon.
Domine exaudi. Et clamor. Oro.

Deus qui de beate marie ꝟginis vte
ro verbum tuum angelo nunciante
carnẽ ſuſcipere voluiſti: preſta ſupplicib⁹



tuis: vt qui vere eā dei genitricē credimꝰ: eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per chriſtum dn̄m noſtrum. Amen.

Cōmemoratio de ſanctis. an̄. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro noſtra omniumqꝫ ſalute. ℣. Letamini in domino et exultate iuſti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oratio.

Protege dn̄e populū tuum ⁊ apoſtolorum tuorum petri ⁊ pauli et aliorū apoſtolorum patrocinio cōfidentē perpetua defenſione conſerua. Per dn̄m.

Omnes ſcti tui q̄s dn̄e nos vbiqꝫ adiuuent: vt dum eorum merita recolimus patrocinia ſētiamus. Et pacē tuam noſtris cōcede tēporibus: ⁊ ab eccleſia tua cunctā repelle nequiciā. Iter/actus ⁊ voluntates noſtras et omniū famulorū tuoꝝ in ſalutis tue proſperitate diſpone: benefactoribꝰ noſtris ſempiterna bona retribue: ⁊ oībus fidelibus defunctis requiē eternā cōcede. Per dn̄m. Domine exau. Et clamor. Bn̄dicamus dn̄o. Deo gratias. Fidelium anime defunctoꝝ per miſericordiam dei requieſcant in pace. Amen.

Aue ſtella matutina peccatorū medicina mūdi princeps ⁊ regina v̄go ſola fuiſti



attollite portaſ principes v̄ras et eleuami. ⁊c.



Surrexit nō ē hic: venite et videte locum. ⁊c.







Noli me tãge-
re nõdũ ei aſcẽ-
di ad patrem.



Auete: ite nũci-
ate fribus me-
is vt eãt i gali.



digna idcirco inter tela inimici clipeũ po-
ne ſalutis tue titulũ virtutis. Tu es enim
virga ieſſe in qua deus fecit eſſe aaron a-
migdalum mundi tollens ſcandalum. Tu
es area compluta celeſti rore imbuta ſicco
tamẽ vellere tu nos in hoc carcere ſolare
propicia dei plena gratia. O virgo dei ele
cta eſto nobis via recta ad eterna gaudia
vbi pax et gloria: et nos ſemper aure pia
dulcis exaudi maria. ℣. Dignare me lau-
dare te virgo ſacrata. ℟. Da michi virtu-
tem contra hoſtes tuos. Oremus.

Gratiam tuã queſumus domine mẽ-
tibus noſtris infunde: vt qui angelo
nunciãte chriſti filij tui incarnationem co-
gnomimus per paſſionẽ eiꝰ ꝛ crucẽ ad re-
ſurrectionis gloriam perducamur. Per
dominum noſtrum ieſum chriſtum filium
tuum. Qui tecum viuit ꝛ regnat. ꝛc.

Ad matutinas de cruce.








Domine labia mea aperies t os me=
um annũciabit laudem tuam. eus
in adiutorium meum intende. o=



Quõ appuit ie ſus ioſeph ĩ car cere exiſtẽti.



Dũ recũberet cuȝ eis accepit panẽ ꝛ bñdi. ꝛc



mine ad adiuuandũ me feſtina. Gloria patri. ꝛc. ãn. Salue crux precioſa que in ſanguine xp̄i dedicata es et ex membris eius tanq̃ margaritis ornata. Hymnus.



Patris ſapiẽtia veritas diuina. Deus homo captus eſt hora matutina. A ſuis diſcipulis cito derelictus. A iudeis traditus vẽditus afflictus. ℣. Adoram⁹ te chriſte ꝛ bñdicimus tibi. ℟. Quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundũ. Per ſignũ ſancte crucis liberet nos de inimicis noſtris. Dñs deus noſter. Domine exaudi. Et clamor. Orõ.

Domine ieſu chriſte fili dei viui pone paſſionem crucem et mortem tuam inter iudiciũ tuum et animã meã nunc ꝛ in hora mortis mee: ꝛ largiri digneris viuis miſericordiam ꝛ gratiam: defũctis requiẽ et veniã: eccleſie tue pacẽ ꝛ verã cõcordiã et nobis peccatoribus vitã ꝛ leticiã ſempiternam. Qui viuis et regnas. ꝛc.

Ad matutinas de ſanctoſpiritu.





Domine labia mea aperies. Et os me=
um annunciabit laudem tuam. Deus
in adiutorium meum intende. Do=



Afferte de piſcib⁹ quos prendidiſtis nunc.



Venit ieſus ⁊ ſtetit in medio: et di.e. pax vobis



mine ad adiuuandum me feſtina. Gloria
patri et filio: ⁊ ſpirituiſancto. Sicut erat
in principio ⁊ nūc ⁊ ſemꝑ: ⁊ in ſecula ſecu=
lorum. Amē. an. Veni ſancte ſpiritus re=
ple tuorum corda fidelium ⁊ tui amoris in
eis ignem accende. Hymnus.

Nobis ſanctiſpiritus gratia ſit data.
De qua virgo virginum fuit obum=
brata. Cum per ſanctum angelum fuit ſa=
lutata. Verbum caro factū eſt virgo fecū
data. ℣. Emitte ſpiritū tuum ⁊ creabūtur
℟. Et renouabis faciem terre. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus da no
bis illam ſāctiſpiritus gratiam quā
diſcipulis tuis in die ſancto penthecoſtes
transmiſiſti. Qui viuis et regnas de⁹. Per
omnia ſecula ſeculorum. Amen.

## Ad primam.

\+ +





DEus in adiutoꝛium meum intende.
℣ Domine ad adiuuandum. Gloꝛia
patri. Sicut erat.ꝛc. Hymnus.



repleti ſūt om
nes ſpiritu ſan
cto. Actuū. 2.



Adoꝛabimꝰ in
loco vbi ſteterūt
pedes eius.



MEmēto ſalutis auctoꝛ ꝙ nrī quodā
coꝛpoꝛis ex illibata virgine naſcen=
do foꝛmā ſūpſeris. Maria maṫ gratie ma=
ter mīe tu nos ab hoſte ꝓtege ⁊ hoꝛa moꝛ=
tis ſuſcipe. Gloꝛia tibi dn̄e q̄ natus es de
virgine cū patre ⁊ ſc̄toſpū in ſempiterna
ſecula. Amen. a̅. Aſſumpta eſt. ps.

DEus ī nomine tuo ſaluū me fac: ⁊ in
virtute tua iudica me. Deꝰ exaudi
oronē meā: auribus ꝑcipe verba oꝛis mei.
Quoniā alieni inſurrexerūt aduerſū me ⁊
foꝛtes q̄ſierūt animā meā: ⁊ nō ꝓpoſuerūt
deū ante cōſpectū ſuū. Ecce enim deꝰ ad
iuuat me: et dominus ſuſceptoꝛ eſt anime
mee. Auerte mala inimicis meis: ⁊ in ve=
ritate tua diſꝑde illos. Voluntarie ſacrifi
cabo tibi: ⁊ cōfiteboꝛ nomini tuo dn̄e quo=
niam bonū eſt. Quoniā ex om̄i tribulatio=
ne eripuiſti me: ⁊ ſuꝑ inimicos meos deſpe
xit oculus meus. Gloꝛia patri. ps.

BEnedixiſti dn̄e terrā tuā: auertiſti ca
ptiuitatē iacob. Remiſiſti iniquitatē
plebis tue: operuiſti om̄ia pctā eoꝝ. Miti=
gaſti oēm irā tuā: auertiſti ab ira indigna=
tionis tue. Conuerte nos deꝰ ſalutaris no=
ſter: ⁊ auerte irā tuā a nobis. Nunquid in
eternū iraſceris nobis: aut extendes irā tuā



a ḡnatiōe in ḡnationē. Deus tu cōuerſus
viuificabis nos: ⁊ plebs tua letabitur in te
Oſtēde nobis dn̄e miām tuam: ⁊ ſalutare
tuū da nobis. Audiā quid loquatur ī me
dn̄s deus: qm̄ loquet̄ pacē in plebē ſuam.
Et ſup̄ ſanctos ſuos: ⁊ in eos q̄ conuertū
tur ad cor. Veruntamē ꝓpe timētes eum
ſalutare ipſius: vt īhabitet gloria in terra
nr̄a. Miſericordia ⁊ ṽitas obuiauerūt ſibi:
iuſticia ⁊ pax oſculate ſūt. Veritas de t̄ra
orta eſt: et iuſticia de celo ꝓſpexit. Etenī
dn̄s dabit benignitatē: ⁊ terra noſtra dabit
fructū ſuū. Iuſticia ante eum ambulabit:
⁊ ponet ī via greſſus ſuos. Gloria. ps.
Laudate dn̄m oēs gentes: laudate eū
oēs populi. Qm̄ ꝯfirmata ē ſup̄ nos
mīa eius: et veritas dn̄i manet ineternum.
Gloria. ā. Aſſūpta eſt maria ī celū gaudēt
angeli laudātes bn̄dicūt dn̄m. Cap̄m.
QUe ē iſta q̄ ꝓgredit̄ quaſi aurora cō
ſurgens pulcra vt luna electa vt ſol
terribilis vt caſtrorū acies ordinata. Deo
grās. ℣. Dignare me laudare te virgo ſa-
crata. ℞. Da michi virtutē ꝯtra hoſtes tu-
os. Kyri eleyſō. Chriſte el'. Kyri el'. Orō.
DEus q̄ virginalē aulam beate marie
virginis ī qua habitares eligere di-





Filie hieruſalē
nūciate dilecto
qꝛ aōre lāgueo



ab oriēte addu
cā ſemē tuū et
ab occidēte ⁊c̄.





Ueni de libão ſpõſa mea veni coronaberis.



Filii mřis mee pugnauerũt cõtra me. Cãti. I.



gnatus es: da queſumus. vt ſua nos defenſione munitos iocũdos faciat ſue intereſſe commemorationi. Pro ſanctis. añ. Sancti dei. ℣. Letamini. Oratio.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: et apoſtolorum tuorum petri ⁊ pauli ⁊ aliorum apoſtolorum nos tuere preſidijs/ quorum donaſti fideles eſſe doctrinis. Omnes ſancti. vt̃s. Supraſcripta cõmemoratio dicitur ad. i. ad vi. ⁊ ad cõpletorium. Ad. i. de cruce. Deus in adiutorium. ⁊c. añ. Salue crux. Hymnus.

HOra prima ductus eſt ieſus ad pilatum. Falſis teſtimoniis multũ accuſatum. In collo percutiunt manibus ligatum. Vultũ dei conſpuunt lumen celi gratum. ℣. Adoramus te. Orõ. Domine ieſu chriſte. Ad. i. de ſancto ſpiritu. Deus in adiutoriũ. añ. Veni ſancte. Hy⁹.

DE virgine maria chriſtus fuit natus
Crucifixus mortuus atq; tumulat⁹
Reſurgens diſcipulis fuit demonſtratus.
Et ipſis cernentibus celis eleuatus. ℣⁹.
Emitte ſpiritum. Orõ. Omnipotens. ⁊c.

Ad terciam.






DEus in adiutoriũ meũ intende. Do=
mine ad adiuuandum. Gloria patri
et filio. Sicut erat. ꝛc. Hymnus.



Affligebat eos
inrātū vt expro
braret. i. re. i.



Uade in pace
deus iſrł dabit
tibi petitōꝫ. t.



Memento. vts̃. ān. Maria virgo. p̃s.
Ad dn̄m cum tribularer clamaui: et
exaudiuit me. Dn̄e libera animam
meam a labijs iniquis: et a lingua doloſa.
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi:
ad linguam doloſam. Sagitte potentis
acute: cum carbonibus deſolatorijs. Heu
michi qꝛ incolatus meus prolongatus eſt
habitaui cum habitantibꝰ cedar: multum
incola fuit anima mea. Cum his qui ode=
runt pacem eram pacificus: cū loquebar
illis impugnabāt me gratis. Gloria. p̃s.
Leuaui oculos meos in montes: vn=
de veniet auxiliū michi. Auxilium
meū a domino: qui fecit celū et terrā. Nō
det in cōmotionē pedem tuū: neqꝫ dormi=
tet qui cuſtodit te. Ecce non dormitabit
neqꝫ dormiet: qui cuſtodit iſrael. Domi=
nus cuſtodit te dominus protectio tua: ſu
per manū dexteram tuam. Per diem ſol
non vret te: neqꝫ luna per noctē. Dominꝰ
cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animā
tuam dominus. Dn̄s cuſtodiat introitū
tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et vſqꝫ
in ſeculum. Gloria patri. &c. Pſalmꝰ.
Letatus ſum in his que dicta ſūt mi=
chi: in domū domini ibimus. Stan=



tes erāt pedes noſtri : in atrijs tuis hieru=
ſalē. Hieruſalē que edificatur vt ciuitas:
cuius participatio eius in idipſum. Illuc
enim aſcēderūt tribus tribus dñi: teſtimo=
nium iſrael ad confitendū nomini domini
Quia illic ſederūt ſedes in iudicio: ſedes
ſup domum dauid. Rogate que ad pacē
ſunt hieruſalē: et abundantia diligentibus
te. Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundātia in
turribus tuis. Propter fratres meos ⁊ p=
ximos meos: loquebar pacem de te. Pro=
pter domum domini dei noſtri: queſiui bo
na tibi. Gloria patri. ā. Maria virgo aſſū=
pta eſt ad ethereū thalamū in quo rex re=
gum ſtellato ſedet ſolio. Capitulum.
Et ſic in ſyon firmata ſum ⁊ in ciuita
te ſanctificata ſimiliter requieui : et
in hieruſalem poteſtas mea. Deo gratias.
℣. Diffuſa eſt gratia i labijs tuis. ℟. Pro
pterea benedixit te deus ineternum. Kyri
eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrieleyſō. Do
mine exaudi. Et clamor. Oratio.
Deus qui ſalutis eterne beate marie
virginitate fecunda humano gene=
ri premia preſtitiſti : tribue queſumus . vt
ipſā pro nobis intercedere ſentiamns: per
quam meruimus auctorem vite ſuſcipere



Cōcepit āna ⁊ peperit filiam ⁊ adduxit eam



ad domum do mini in ſylo. I. Regum. I.







Qualiter opabatur maria arte textoria.



Cũ eēt deſponſata mater ieſu maria ioſeph.



dominum noſtrum ieſum chriſtũ filiũ tuũ Amen.ã.Sancti dei.℣.Letamini. Orõ. Protege dñe.Omnes ſancti.vt ſupra.

Ad tertiam de cruce.



Deus in adiutoriũ meũ intende.Dñe ad adiu.ã. Salue crux. Hymnꝰ.

Crucifige clamitant hora terciarum. Illuſus induitur veſte purpurarum. Caput eius pũgit corona ſpinarũ. Crucem portat humeris ad locũ penaꝝ.℣.Adoramꝰ te.Orõ.Dñe ieſu.

Ad terciam de ſanctoſpiritu.Deus in adiutoriũ meũ.Dñe ad adiuuandũ.Gloria patri.ꝛc.ãn.Ueni ſancte.Hymnus.

Tuum ſanctum ſpiritum deus delegauit. In die penthecoſtes ſuos cõfortauit. Et de linguis igneis ipſos inflãmauit. Relinquere orphanos eos denegauit.℣.Emitte ſpiritũ.℟. Et renouabis Oratio.Omnipotens ſempiterne.ꝛc.

Ad ſextam.





Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum. Gloria
patri. Sicut erat. ꝛc. Hymnus.



Miſſus eſt ga=
briel ãgel⁹a do
i ciuitatẽ gali.



Joſeph noli ti
mere accipere
mariã i ↄiugẽ.



Memento ſalutis.⁊c.ã. In odorem. ps.
Ad te leuaui oculos meos: qui habi=
tas in celis. Ecce ſicut oculi ſeruo=
rum: in manibus dominorũ ſuorũ. Sicut
oculi ancille in manibus dñe ſue ita oculi
noſtri ad dñm deum noſtrũ: donec miſere
atur noſtri. Miſerere noſtri domine miſe=
rere noſtri: quia multũ repleti ſumus de=
ſpectione. Quia multũ repleta eſt aĩa no=
ſtra: opprobriũ abundantibus ⁊ deſpectio
ſuperbis. Gloria patri. ps.
Niſi quia dñs erat in nobis dicat nũc
iſrael: niſi quia dominus erat in no=
bis. Cum exurgerẽt homines in nos: for=
te viuos deglutiſſent nos. Cum iraſceret
furor eorum in nos: forſitã aqua abſorbuiſ
ſet nos. Torrentẽ pertranſiuit anima no=
ſtra forſitan pertranſiſſet anima noſtra: a=
quam intolerabilem. Benedictus domi=
nus qui non dedit nos: in captione denti=
bus eorũ. Anima noſtra ſicut paſſer ere=
pta eſt: de laqueo venantiũ. Laqueus cõ=
tritus eſt: et nos liberati ſumus. Adiuto=
rium noſtrum in nomine domini: qui fecit
celum ⁊ terram. Gloria patri. ps.
Qui confidunt in domino ſicut mons
ſyon: non commouebitur ineternum







qui habitat in hieruſalem. Montes in cir=
cuitu eius et dñs in circuitu populi ſui: ex
hoc nunc ⁊ vſqꝫ in ſeculum. Quia non re=
linquet dominus virgam peccatorum ſu=
per ſortem iuſtorum: vt non extendant iu=
ſti ad iniquitatem manus ſuas. Benefac
domine: bonis ⁊ rectis corde. Declinan=
tes autem in obligationes adducet domi=
nus cum operãtibus iniquitatem: pax ſu=
per iſrael. Gloria patri et filio: et ſpiritui
ſancto. Sicut erat. ⁊c. añ. In odorem vn=
guentorum tuorum currimus adoleſcen=
tule dilexerunt te nimis. Cpm.

Et radicaui in populo honorificato
et in partes dei mei hereditas illius
et in plenitudine ſanctorum detentio mea
Deo gratias. ℣. Benedicta tu in mulieri
bus. ℟. Et benedictꝰ fructus ventris tui.
Kyrieleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrieley=
ſon. Domine exaudi orationem meam. Et
clamor meus ad te veniat. Oratio.

Concede miſericors deus fragilitati
noſtre preſidium: vt qui ſãcte dei ge
nitricis et virginis marie memoriam agi=
mus: interceſſionis eius auxilio a noſtris
iniquitatibus reſurgamus. Per chriſtum
dominum noſtrũ. Amen. añ. Sancti dei



exurgẽs ioſeph
a ſono accepit
cõiugẽ ſuam.



Pepit filiũ ſu
um pꝛiogeitũ
⁊ pãnis eũ. ⁊c.







Poſtq̄ cōſummati ſunt dies octo vt cir.ꝛc.



Ubi ē q̄ nat⁹ ē rex iudeoꝝ vidim⁹ ei ſtel.ꝛc.



℣.Letamini in domino.ꝛc. Oratio.
Exaudi nos.Om̄es ſancti tui.vt ſupꝛa.

Ad ſextam de cruce.



Deus in adiutoꝛiū meū. Domine ad adiuuandū. añ.Salue crux. Hy⁹.

Hora ſexta ieſus eſt cruci conclauatus. Et eſt cū latronibus pendens deputatus.Pre toꝛmentis ſitiēs felle ſaturatus. Agnus crimē diluit ſic ludificatus.℣.Adoꝛam⁹ te.Orō.Domine ieſu.

Ad vi.de ſancto ſpiritu.

Deus in adiutoꝛium meum.Domine ad adiuuandū.añ.Ueni ſancte. Hymnus

Septifoꝛmem gratiam tunc accepta fuerunt. Quare ydiomata cuncta cognouerunt. Ad diuerſa climata mūdi receſſerunt. Et fidem catholicam tunc pꝛedicauerunt.℣.Emitte ſpiritū tuū.Oratio
Omnipotens ſempiterne deus.ꝛc.

+ Ad nonam. +





DEus in adiutoriũ meũ intende. Do=
mine ad adiuuandum. Gloria patri
et filio. Sicut erat. ꝛc. Hymnus.



Uox in rama. plorat⁹ et vlu=latus. ⁊c.



Ipe ɔfriget ſi=mlacra eor: de popl'abit. et c̃.



Memento. vts. añ. Pulchra es. ps.

In conuertendo dominus captiuitatem ſyon: facti ſumus ſicut conſolati. Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum et lingua noſtra exultatione. Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dñs facere nobiſcum: facti ſumus letantes. Conuertere domine captiuitatē noſtram: ſicut torrens in auſtro. Qui ſeminãt in lachrimis: in exultatione metet. Euntes ibant et flebãt: mittentes ſemina ſua. Uenientes autem venient cum exultatione: portãtes manipulos ſuos. Gloria patri. Pſalmus.

Niſi dominus edificauerit domũ: inuanum laborauerunt qui edificãt eã. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Uanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtq̃ ſederitis qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hereditas domini filij merces fructus ventris. Sicut ſagitte in manu potentis: ita filij excuſſorum. Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta. Gloria patri. Sicut erat. ⁊c. Pſalm⁹.





Stupebāt aūt oēs ſup prudē tia et rñſis ei⁹.



Nuptie fctē ſūt ī chana galilee et erat mr̄ ieſu



Beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in vijs eius. Labores manuū tuarum quia manducabis: beatus es et bene tibi erit. Uxor tua ſicut vitis abundans: in lateribus domus tue. Filij tui ſicut nouelle oliuarū: in circuitu menſe tue. Ecce ſic benedicetur homo: qui timet dominum. Benedicat tibi dn̄s ex ſyon: et videas bona hieruſalem omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorū tuorum: pacem ſuper iſrael. Gloria patri. an̄. Pulchra es et decora filia hieruſalem terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Cpm.

In plateis ſicut cynamomū et balſamum aromatizans odorē dedi quaſi mirra electa dedi ſuauitatē odoris. Deo gratias. ℣⁹. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. Kyrieleyſon. Chriſte eleyſō. Kyri eleyſon. Domine exaudi orationem meā. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Famulorum tuorū queſumus domīe delictis ignoſce: vt qui tibi placere de actibus noſtris non valemus: genitricis filij tui domini noſtri ieſu chriſti interceſſione ſaluemur. Per. ā. Sancti dei omnes. ℣. Letamini in dn̄o. ꝛc. Oratio.





Baptizatꝰ aũt ieſus cõfeſtim aſcẽdit ð aqua



Et accedẽs tẽ. dixit ei. ſi filiꝰ dei es dicvt. ⁊c



PResta queſumus omnipotens deus vt nullis nos permittas perturbationibus concuti: quos in apoſtolice confeſſionis petra ſolidaſti. Omnes ſancti. vtſ̃.

Ad nonam de cruce. Deus in adiutorium. Dñe ad adiuuandum. Gloria. ⁊c. añ. Salue crux. Hymnus.



Hora nona dominus Ieſus expirauit. Hely clamans animam patri cõmendauit. Latus eius lancea miles perforauit. Terra tunc contremuit ⁊ ſol obſcurauit. ℣. Adoramus te. ⁊c. Dñe ieſu xp̃e.

Ad nonam de ſancto ſpiritu. Deus in adiutorium. añ. Veni ſãcte ſpiritus. Hymnus.

Spiritus paraclitus fuit appellatus. Donum dei caritas fons viuificatus Spiritalis vnctio ignis inflammatꝰ. Septiformis gratia cariſma vocatꝰ. ℣. Emitte ſpiritũ. Oratio. Omnipotens. vt ſupra.

Ad veſperas.





DEus in adiutoriū meū intende. Dñe ad adiuuandū me feſtina. Gloria pa=
tri et filio. Sicut erat in principio. ꝛc.



Ingreſſustem
plũ cepit eijce
re vẽdẽtes.ꝛc.



Miſerere mei
fili dď filia mĩa
male a de.ꝛc.



añ. Dum eſſet. Pſalmus.

Dixit dominus domino meo : ſede a
dextris meis. Donec ponam inimi
cos tuos: ſcabellum pedum tuorum. Vir=
gam virtutis tue emittet dñs ex ſyon: do=
minare in medio inimicorum tuorũ. Te=
cum principium in die virtutis tue in ſple=
doribus ſanctorum: ex vtero ante luciferũ
genui te. Iurauit dominus ꝛ non penite=
bit eum: tu es ſacerdos ineternũ ſecundũ
ordinem melchiſedech. Dominus a dex=
tris tuis: cõfregit in die ire ſue reges. Iu=
dicabit in nationibus implebit ruinas: cõ=
quaſſabit capita in terra multorum. De tor=
rente in via bibit: propterea exaltauit ca=
put. Gloria patri. ꝛc. añ. Dum eſſet rex in
accubitu ſuo nardus mea dedit odorem
ſuauitatis. añ. Leua eius. ps.

Laudate pueri dominũ: laudate no=
men domini. Sit nomen domini be
nedictum: ex hoc nunc et vſq; in ſeculum.
A ſolis ortu vſq; ad occaſum: laudabile
nomen domini. Excelſus ſup omẽs gen=
tes dominus: et ſuper celos gloria eius.
Quis ſicut dominus deus noſter qui in al
tis habitat: et humilia reſpicit in celo et in
terra. Suſcitans a terra inopẽ: et de ſter=



coꝛe erigēs pauperē. Et collocet eū cum pꝛĩcipibus: cū pꝛĩcipibus populi ſui. Qui habitare facit ſterilem in domo: matrē filiorum letantē. Gloꝛia. añ. Leua ei⁹ ſub capite meo ⁊ dextera illius amplexabit me. añ. Nigra ſum ſed foꝛmoſa filia hieruſalē ideo dilexit me rex ⁊ introduxit me in cubiculū ſuū. ps. Letatus ſū. añ. Jā yems tranſijt ymber abijt ⁊ receſſit ſurge amica mea ⁊ veni. ps. Niſi dominus edificauerit domū. vt̄s. añ. Specioſa. ps.

Lauda hieruſalē dominū: lauda deū tuum ſyon. Quoniā confoꝛtauit ſeras poꝛtarū tuarum: benedixit filijs tuis in te. Qui poſuit fines tuos pacem: ⁊ adipe frumenti ſatiat te. Qui emittit eloquiū ſuum terre: velociter currit ſermo eius. Qui dat niuem ſicut lanā: nebulam ſicut cinerē ſpargit. Mittit criſtallum ſuum ſicut bucellas: ante faciē frigoꝛis eius quis ſuſtinebit. Emittet verbum ſuū ⁊ liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius et fluent aque. Qui annūciat verbum ſuum iacob: iuſticias ⁊ iudicia ſua iſrl̄. Nō fecit taliter omni nationi: et iudicia ſua non manifeſtauit eis. Gloꝛia patri ⁊ filio. Sicut erat. ⁊c. ā. Specioſa facta es ⁊ ſuauis in delicijs tuis



D̄ñe ſi vis potes me mundare. extēdēs ⁊c



Et p̄teriēs ihs vidit hoīez cecū a natiuitate







Reſplēduit facies eius ſicut ſol τ veſtimēta



eius facta ſunt alba ſicut nix. Mathei.xvii



ſancta dei genitrix. Cp̄m.

AB initio et ante ſecula creata ſum τ vſq; ad futurū ſeculum nō deſinam et in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. Deo gratias. Hymnus.

AVe maris ſtella dei mat̄ alma atq; ſēper virgo felix celi porta. Sumēs illud aue gabrielis ore funda nos in pace mutans nomē eue. Solue vincla reis profer lumē cecis mala noſtra pelle bona cūcta poſce. Monſtra te eſſe matrem ſumat per te preces qui ꝓ nobis natus tulit eſſe tuus. Virgo ſingularis inter omnes mitis nos culpis ſolutos mites fac et caſtos Vitam preſta puram iter para tutū vt vidētes ieſum ſemper colletemur. Sit laus deo patri ſūmo chriſto decus ſpiritui ſancto trinus honor vnus. Amen. ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus ineternū. ā. Beata mater.

Canticum beate marie.

MAgnificat: anima mea dn̄m. Et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancille ſue: ecce enī ex hoc beatam me dicēt omnes generationes. Quia fecit michi magna qui potens eſt: et ſanctum nomē eius.



Et miſericordia eius a progenie in pro=
genies:timentibus eum. Fecit potentiam
in brachio ſuo : diſperſit ſuperbos mente
cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede:et
exaltauit humiles. Eſurientes impleuit
bonis:et diuites dimiſit inanes. Suſcepit
iſrael puerū ſuū: recordatus miſericordie
ſue. Sicut locutus eſt ad patres noſtros:
abraham ꝛ ſemini eiꝰ in ſecula. Gloria pa
tri et filio. Sicut erat in principio. ꝛc. ān.
Beata mater et innupta virgo glorioſa re
gina mundi intercede pro nobis ad dn̄m.
Kyrieleyſon. Chriſte eleyſō. Kyrieleyſon
Domine exaudi. Et clamor. Oratio.
Concede nos famulos tuos q̄ſumus
domine deus perpetua mentis ꝛ cor
poris ſanitate gaudere:ꝛ glorioſa btē ma=
rie ſemper virginis interceſſione a preſen=
ti liberari triſticia: et eterna perfrui leticia
Per. ān. Sancti dei omnes. ℣. Letamini
in domino. ꝛc. Oratio.
Protege dn̄e populū tuū ꝛ apoſtolo=
rū tuorū petri et pauli et aliorū apo=
ſtolorū patrocinio cōfidentē perpetua de=
fenſione conſerua. Per. Omnes ſancti
tui queſumus. vt ſupra.
Ad veſperas de cruce.



accedētes pha
riſei interroga
bāt eum. ꝛc.



Venit mulier
d ſamaria hau
rire aquā. ꝛc.







Jeſus aũt iclinans ſe deorſũ digito ſcribeb.



De quinq panibus et duobus piſcib⁹. Jo. 6.



Deus in adiutorium meũ intende. Dñe ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri. ãn. Salue crux. Hymnus.



De cruce deponitur hora veſptina. Fortitudo latuit in mente diuina. Talem mortẽ ſubijt vite medicina. Heu corona glorie iacuit ſupina. ℣. Adoramus te. Orõ. Dñe ieſu chriſte. vtſ. Ad veſperas de ſanctoſpũ. Deus in adiutoriũ. Dñe ad adiuuandũ. Gloria patri. ꝛc. ãn. Ueni ſancte. Hymnus.

Dextre dei digitus virtus ſpiritalis. Nos defẽdat eruat ab omnibus malis. Ut nobis non noceat demon infernalis. Sed protegat foueat nutriat ſub alis. ℣. Emitte ſpiritum tuum ꝛ creabũtur. ℟. Et renouabis faciẽ terre. Oratio. Omnipotens ſempiterne deus. vt ſupra.

Ad completorium.





Conuerte nos deus ſalutaris noſter.
Et auerte iram tuam a nobis. Deꝰ
in adiutorium meū intēde. Domine



Et cũ itinxiſſet panẽ dedit iu= de ſymõis ſca.



Cõſtituerũt ei trigita argẽte= os et exide. ꝛc



ad adiuuandum. Gloria patri. ps.
Sepe expugnauerunt me a iuuẽtute mea: dicat nunc iſrael. Sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea: etenĩ non potuerũt michi. Supra dorſũ meũ fabricauerunt pctõres: prolongauerũt iniquitatẽ ſuam. Dñs iuſtus cõcidet ceruices peccatorum: cõfundãtur ꝛ conuertãtur retrorſũ omnes qui oderũt ſyon. Fiant ſicut fenũ tectorũ: quod priuſqꝫ euellat̃ exaruit. De quo nõ ĩpleuit manũ ſuã qui metet: et ſinũ ſuũ q̃ manipulos colliget. Et non dixerũt qui preteribãt bñdictio dñi ſup vos: bñdicimus vobis in nomine dñi. Gloria. ps.

De profundis clamaui ad te domine dñe exaudi vocem meã. Fiant aures tue intẽdentes: in vocẽ deprecationis mee. Si iniquitates obſeruaueris domine: dñe quis ſuſtinebit. Quia apud te ꝑpiciatio eſt: ꝛ ꝑpter legẽ tuam ſuſtinui te dñe. Suſtinuit aĩa mea in verbo eius: ſperauit aĩa mea in dño. A cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctẽ: ſperet iſrael ĩ dño. Quia apud dñm mĩa: ꝛ copioſa apud eũ redẽptio. Et ipſe redimet iſrael: ex oĩbꝰ iniq̃tatibꝰ eiꝰ. Glia.

Domine non eſt exaltatũ cor meum: neqꝫ elati ſunt oculi mei. Neqꝫ ãbu=



laui in magnis:neq; i mirabilibus ſup me.
Si non humiliter ſentiebam:ſed exaltaui
animā meā. Sicut ablactatus eſt ſup ma
tre ſua ita retributio in aia mea. Speret
iſrael in dn̄o : ex hoc nunc ꝛ vſq; in ſeculū.
Gloria. Hy9. Memento. vtſ. Cpm.
Ego mater pulchre dilectionis et ti=
moris ꝛ magnitudinis et ſancte ſpei
Deo gratias. ℣. Ora ꝓ nobis ſanctiſſima
dei genitrix. ℟. Ut digni efficiamur ꝓmiſ
ſionibus chriſti. añ. Sub tuum.

Canticum ſymeonis.

Nunc dimittis ſeruū tuum dn̄e:ſecū=
dū verbū tuum in pace. Quia vide=
rūt oculi mei:ſalutare tuū. Quod paraſti:
ante faciē oīm populoꝝ. Lumē ad reuela
tionē gentium:et gloriam plebis tue iſrael
Gloria. ā. Sub tuū p̄ſidiū ꝯfugimus ſan=
cta dei genitrix noſtras depcatiōes ne de=
ſpicias i neceſſitatibus:ſed a periculis cū=
ctis libera nos ſemp ꝟgo bn̄dicta. Kyriel.
Chriſte el. Kyriel. Dn̄e exaudi. Orō.
Beate et glorioſe ſemperq; virginis
marie q̄s domine iterceſſio glorioſa
nos ꝓtegat ꝛ ad vitā ꝑducat eternā. Per.
añ. Sācti dei. ℣. Letamini. Orō Exaudi
nos. Omīs ſancti. vtſ. Bn̄dicamus dn̄o.



Ut ergo dixit eis ego ſū abi erūt retrorſū.



Quecūq; oſculat9 fuero ipe ē tenete eum







Adduxerũt eũ ad annã primũ Johãnis xviii.



prophetiſa nobis xp̃e q̃s eſt q̃ te percuſſit.



Deo gratias. Benedicat et cuſtodiat nos omnipotens et miſericors dñs pater et filius et ſpiritusſanctus. Amẽ. Ad cõpletoriũ de cruce. Conuerte nos deus. Et auerte. Deus in adiutorium. Dñe ad. ꝛc. añ. Salue crux. Hymnus.

Hora completorij datur ſepulture. Corpus chriſti nobile ſpes vite future. Conditur aromate complẽtur ſcripture. Jugi ſit memoria mors hec michi cure ℣. Adoramꝰ. Dñe ieſu. Recõmẽdatio.

Has horas canonicas cũ deuotione. Tibi chriſte recolo pia ratione. Ut qui pro me paſſus es amoris ardore. Sis michi ſolatium in mortis agone.

Ad completoriũ de ſancto ſpiritu.

Conuerte nos. Et auerte iram tuam. Deus in adiutoriũ. ã. Ueni ſancte. Hyꝰ.

Spiritus paraclitus nos velit iuuare. Greſſus noſtros regere et illuminare. Ut cum deus venerit omnes iudicare. Nos velit ad dexterã ſuam appellare. ℣. Emitte ſpiritũ. ꝛc. Recõmendatio.

Has horas canonicas cũ deuotione. Tibi ſancte ſpiritus pia ratione. Dixi vt nos viſites inſpiratione. Ut viuamꝰ iugiter celi regione. Amen.



Salue regina miſericoꝛdie vita dulce
do et ſpes noſtra ſalue: ad te clama=
mus exules filij eue: ad te ſuſpiramus ge=
mentes et flentes in hac lachꝛymarũ val=
le. Eya ergo aduocata nr̃a illos tuos mi=
ſericoꝛdes oculos ad nos conuerte ꝛ ieſũ
benedictũ fructum ventris tui nobis poſt
hoc exiliũ oſtende. O clemens. O pia. O
dulcis maria. ℣. Aue maria gratia plena
dominus tecum. Bñdicta tu in mulierib⁹
et benedictus fructus ventris tui.

Omnipotẽs ſempiterne deus qui glo
rioſe virginis matris marie coꝛp⁹ et
animã vt dignũ filij tui habitaculum effici
mereret̃ ſpũſancto cooperãte ꝑparaſti: da
vt cuius cõmemoratiõe letamur: eius pia
interceſſiõe ab inſtantib⁹ malis et a moꝛte
ꝑpetua atq; ſubitanea liberemur. Per. Fi
deliũ aĩe defũctoꝝ per miam dei requieſcãt
in pace. Amẽ. ps. Deus miſereat̃ nr̃i. ꝛc.
Quere in laudibus. ℣. Dñe deus virtutũ
cõuerte nos. ℟. Et oſtẽde faciẽ tuam ꝛ ſal
ui erimus. ℣. Exurge chꝛiſte adiuua nos.
Et libera nos propter nomen tuum. Dñe
exaudi. Et clamoꝛ meus. Oratio.

Deus qui illumĩas noctẽ et lucẽ poſt
tenebꝛas facis: ꝯcede nobis famulis



Quã accuſatio
nẽ affert͂ aduer
ſus hoĩem hũc



apprehẽdit py
lat⁹ ieſũ ꝛ flagel
lauit eũ. io. 19.







Uidēs pylatus qꝛ nichil ꝓficeret accepta. ⁊c.



Et baiulās ſibi crucē exiuit i eū q̄ d̄r cal. ⁊c



tuis vt hanc noctē ſine vllo īpedimento ſathane trāſeam⁹ : atqꝫ in matutīs horis ad ſanctū altare tuū recurrētes tibi dn̄o deo viuo ⁊ ℣o laudes ⁊ grās referam⁹. Per.

PRotector i te ſperantiū de⁹ ſine quo nichil eſt validum / nichil ſanctum: multiplica ſuꝑ nos miam tuā: vt te rectore te duce ſic trāſeamus ꝑ bona tēporalia: vt nō amittam⁹ eterna. Per dn̄m. Pro fidelibus defūctis. ps. De ꝓfundis. ℣. Requiē eternā dona eis dn̄e. Et lux perpetua luceat eis. Dn̄e exaudi. Require orōnes in officio pro defūctis. In aduentu dn̄i officiū beate marie d̄r modo predicto. exceptis ſpecialibus anis in tempore inferi⁹ ordinatis. Ad veſperas primi ſabbati de aduentu dn̄i vſqꝫ ad vigiliā natiuitatis domini agit̄ officiū modo ſubſcripto. Sabbato ante primam dominicā de aduentu.

Ad veſperas.

DEus in adiutoriū. Dn̄e ad adiuuā. Gloria patri. ⁊c. a̅. Miſſus eſt. cum reliquis anis de laudibus. ps. Dixit dn̄s. Laudate pueri. cū reliquis pſis. Cpm.

EGredietur virga de radice ieſſe et flos de radice ei⁹ aſcēdet et requieſcet ſuꝑ eū ſpūs dn̄i. Deo grās. Hy⁹. Aue maris



ſtella. ℣. Diffuſa eſt gratia i labijs tuis. ℟.
Propterea benedixit. Ad magnificat. añ.
Spũſſctũs i te deſcẽdet maria ne timeas
habẽs in vtero filiũ dei all'a. Kyrieleyſon.
Chriſte eleyſõ. Kyriel'. Dñe exaudi orõnẽ
meã. Et clamor meus ad te veniat. Orõ.
DEus qui de beate marie virgis vte=
ro verbũ tuũ angelo nunciãte carnẽ
ſuſcipere voluiſti: preſta ſupplicibus tuis:
vt qui vere eã dei genitricẽ credimus: eiꝰ
apud te itercesſionibꝰ adiuuemur. Per eũ
dem. ã. Ecce dñs veniet ⁊ oẽs ſãcti eiꝰ cũ
eo ⁊ erit in die illa lux magna all'a. ℣. Ec=
ce apparebit dñs ſup̱ nubẽ cãdidã. ℟. Et
cum eo ſanctorum milia. Oremus.
COnſcientias noſtras q̃s dñe viſitan=
do purifica: vt veniens dñs noſter ie
ſus chriſtus cũ omibus ſãctis paratã ſibi
in nobis ĩueniat mãſionẽ. Qui tecũ vi. ⁊c.
Benedicamꝰ dño. Deo grãs. Ad compl'.
Conuerte nos deus ſalutaris noſter. Et
auerte iram tuam a nobis. Deus in adiu
torium. ps. Sepe expugnauerunt. De pro
fundis. Dñe nõ eſt exaltatum. Hymnus.
Memento ſalutis. vtõ. Capitulũ.
ECce virgo concipiet et pariet filium
⁊ vocabit nomẽ eius ẽmanuel. buti=



Crucifixerũt eũ ⁊ cũ eo alios duos hic et hic. ⁊c



Vẽit ioſeph ab arimathia ⁊ tulit corpus ieſu.







attollite poꝛtas principes vr̄as et eleuamini. ꝛc.



Surrexit nō ē hic: venite et videte locum. ꝛc.



rū ꝛ mel comedet vt ſciat repꝛobare malū
et eligere bonū. Deo gratias. ℣. Angelus
domini nūciauit marie. Et cōcepit de ſpi=
rituſancto. añ. Spūſſanctus. ps. Nūc di=
mittis. añ. Spūſſanctus. Quere in veſpis.
Ad matutinas om̄ia dicūtur ſicut ante
aduentū dn̄i vſq; ad lectiōes. excepta. an̄.
noni pi. Et loco eius vbi dꝛ Poſt partum
dꝛ ā. Angelus Et loco illaꝝ lectionū: ſcꝫ.
In oībus requiē. Et ſic in ſyō ꝛ Quaſi ce=
drus. dn̄r lectiones ſequentes. l. i.
Miſſus eſt gabꝛiel angelus a deo in ci
uitatē galilee cui nomē nazareth ad
virginē deſponſatā viro cui nomē erat io=
ſeph de domo dauid ꝛ nomē virgis maria
Et ingreſſus angelus ad eam dixit. Aue
gratia plena dominus tecum: bn̄dicta tu
in mulieribus. Tu autē domine miſerere
nr̄i. Deo grās. ℟. Miſſus ē gabꝛiel angelꝰ
ad mariā virginē deſponſatā ioſeph nunci
ans ei verbū ꝛ expaueſcit ℣go de lumine:
ne timeas maria inueniſti gratiā apud do=
minū. Ecce cōcipies ꝛ paries filiū ꝛ voca=
bitur altiſſimi filius. ℣ꝰ. Dabit ei dn̄s ſedē
dauid patris eiꝰ ꝛ regnabit in domo iacob
in eternum. Ecce cōcipies. ꝛc. l. ij.
Que cum audiſſet turbata eſt i ſermo



ne eius et cogitabat qualis eſſet iſta ſalu=
tatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria
inueniſti enī gratiam apud deū. Ecce con
cipies in vtero et paries filium et vocabis
nomē eius ieſū. Hic erit magnus et filius
altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominus
deus ſedē dauid patris eius ꝛ regnabit in
domo iacob ineternū: ꝛ regni eius nō erit
finis. Tu autē dn̄e. ℟. Aue maria. Spiri=
tuſſanctus ſuperueniet in te et virtus altiſ
ſimi obūbꝛabit tibi: quod enī ex te naſcet̄
ſanctum vocabitur filius dei. ℣. Quomo=
do fiet iſtud quoniā virum non cognoſco?
Et reſpondens angelus dixit ei. Spirituſ
ſanctus ſuperueniet in te. ꝛc. ℓ. iij.

Dixit autē maria ad angelum. Quo=
modo fiet iſtud quoniam virum non
cognoſco? Et reſpondēs angelus dixit ei
Spirituſſanctus ſuꝑueniet in te et virtus
altiſſimi obumbꝛabit tibi. Ideoq; et quod
naſcetur ex te ſanctū vocabitur filius dei.
Et ecce elizabeth cognata tua ꝛ ipſa con=
cepit filium in ſenectute ſua. Et hic men=
ſis eſt ſextus illi que vocatur ſterilis: quia
nō erit impoſſibile apud deū omne verbū.
Dixit autem maria. Ecce ancilla dn̄i: fiat
michi ſecundum verbum tuum. Tu autē.



Nolime tāgere nōdū ei aſcēdi ad patrem.



Auete: ite nūciate fribus meis vt eāt i gali.







Quō appuit ie ſus ioſeph ĩ car cere exiſtēti.



Dū recūberet cuƺ eis accepit panē ⁊ bñdi. ⁊c



℟. Suſcipe verbum virgo maria quod tibi a dño per angelum tranſmiſſum eſt concipies deum pariter et hominem. Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. ℣. Paries quidē filium et virginitatis nō patieris detrimentum efficieris grauida et eris maṫ ſemꝑ intacta. Ut bñdicta. Glĭa patri. Ut bñdicta. In laudibus. añ.

Miſſus eſt gabriel angelus ad mariā virginem deſponſatam ioſeph. p̄s. Dominus regnauit. añ. Aue maria gratia plena dñs tecū: benedicta tu ĩ mulieribus et benedictus fructus vētris tui alleluya. p̄s. Jubilate. ā. Ne timeas maria īueniſti gratiam apud dñm ecce cōcipies ⁊ paries filiū alleluya. p̄s. Deus deus meꝰ. ā. Dabit ei dñs ſedē dauid patris eiꝰ ⁊ regnabit ĩ domo iacob ĩeternū. p̄s. Bñdicite. ā. Ecce ancilla dñi fiat michi ſcđm verbum tuū p̄s. Laudate dñm de celis. Cp̄ƺ. Egredietur virga. Quere in primis veſꝑis. Hyꝰ. O glorioſa. ℣ꝰ. Bñdicta tu in mulieribus ℟. Et bñdictus fructus vētris tui. Ad benedictꝰ. ā. Spūſſctūs ſupueniet. ⁊c. Kyrieleyſon. Chriſte el'. Kyriel'. Orō. Deus q̇ de beate marie. ā. Ecce dñs veniet. ℣. Ecce apparebit. ℟. Et cum eo. Oratio.



Cōſcientias noſtras.vt̄s. Quere totū in
primis veſperis.ān. Aue ſtella matutina.
Ad primā.ān. Miſſus eſt gabriel.℣⁹. Di-
gnare me laudare te.℟.Da michi virtutē.
Oratio.Deus qui de beate. ān. Ecce dn̄s
veniet.℣.Ecce apparebit.Et cū eo. Orō
Cōſcientias noſtras. Et dr ad oēs horas
Ad tertiā.ā. Aue maria. Cp̄m. Egredietꝛ
℣⁹. Diffuſa eſt gratia. Pro ſanctis.vt̄s.
Ad ſextam.ān. Ne timeas. Cp̄m.
Dabit ei dn̄s ſedē dauid patris eius ꝛ
regnabit in domo iacob ineternum ꝛ
regni eius non erit finis. Deo gratias.℣⁹.
Benedicta tu in mulieribus. Et bn̄dict⁹
fructus ventris tui. Pro ſanctis.vt ſupra.
Ad nonā.ā. Ecce ancilla. Cp̄m. Ecce
virgo.℣.Angel⁹ dn̄i nunciauit marie.Et
concepit de ſpiritusancto. Orationes ꝛ ℣.
de ſctis.vt̄s. Ad veſperas et completo
rium.vt̄s. Benedicamus dn̄o. Deo grās.
Notandū eſt ꝙ aduent⁹ dn̄i ſemꝑ īcipit
in dn̄ica ꝓximiori feſto ſcti andree ſiue ſit
ante ſiue poſt. Ueruntamen ſi accidat ꝙ
feſtum ſancti andree cadat in dn̄ica: etiam
ibi in eadem dn̄ica debemus īcipere aduē
tum dn̄i. Et quando feſtū bt̄i andree eſt in
die iouis/ veneris/ vel ſabbati: aduentus



Afferte de piſcib⁹ quos prendidiſtis nunc.



Ueīt ieſus ꝛ ſtetit in medio: et di.e. pax vobis







repleti ſũt omnes ſpiritu ſancto. Actuũ. 2.



Adorabim⁹ in loco vbi ſteterũt pedes eius.



dominí erit in dominica ſequenti. Quãdo vero eſt in die lune / martis vel mercurij: aduentus domini incipit in dominica pre=cedenti. Et hec ſufficiant.

Ulterius notandũ eſt ꝙ a vigilia natiuitatis dñi vſqꝫ ad purificationẽ beate marie fit officiũ ſicut ante aduẽtũ: excepto ꝙ per oẽs horas dr hec orõ. Deus q̃ ſalutis Additis orõnib⁹ de apoſtolis cũ alijs: ⁊ cũ ſuis verſiculis ⁊ añis ſicut notatũ eſt ante aduẽtũ in officio. Et nota ꝙ nichil mutat̃ in matutĩs ſꝫ dr ad longũ ſicut notata ſũt.

Item ad laudes ⁊ per oẽs horas diei/ ⁊ ad veſperas et ad completorium dicuntur añe que ſequũtur: quia loco illius añe. Aſſumpta eſt. dr hec aña. O admirabile cõmercium creator generis humani aĩatũ corp⁹ ſumẽs de virgine naſci dignatus eſt et procedẽs homo ſine ſemine largitus eſt nobis ſuam deitatẽ. ps. Dñs regnauit. añ. Quando natus es ineffabiliter ex virgine tunc implete ſunt ſcripture ſicut pluuia in vellus deſcendiſti vt ſaluũ faceres genus humanũ te laudamus deus noſter. ps. Iubilate. ã. Rubũ quẽ viderat moyſes incõbuſtũ cõſeruatam agnouimus tuã laudabilẽ virginitatẽ dei genitrix itercede ꝓ no=



bis.p̄s.Deus deus meus. ã.Germinauit
radix ieſſe orta eſt ſtella ex iacob virgo pe
perit ſaluatorē te laudam⁹ deus noſter.p̄s
Bñdicite.ã.Ecce maria genuit nobis ſal
uatorē quē iohannes vidēs exclamauit di
cēs ecce agnus dei ecce q̃ tollit pctā mūdi
alleluya.p̄s.Laudate dñm de cel'. Ad be=
nedictus.ã.Mirabile myſterium declarat
hodie innouant nature deus hō factus eſt
id qđ fuit permanſit ⁊ quod non erat aſſū=
pſit non commixtionem paſſus neq; diui=
ſionem.Ad magnificat et Nunc dimittis.
añ.Magnum hereditatis myſterium tem
plum dei factus eſt vterus neſciens virū
non eſt pollutus ex ea carnem aſſumens
omnes gentes venient dicentes gloria ti=
bi domine.

Sciendum eſt ꝙ a vigilia paſche vſq;
ad aſcenſionem dñi fit officiū beate marie
ſicut ante aduentū: excepto ꝙ ad Benedi
ctus et ad Magnificat dicitur hec.añ.
Regina celi letare alleluya. Quia quem
meruiſti portare alleluya. Reſurrexit ſi=
cut dixit alleluya. Ora ꝓ nobis deū allˀa.

AVe cuius conceptio ſolenni plena
gaudio celeſtia t̃reſtria noua replet





Filie hieruſalē nūciate dilecto qꝛ aōre lāgueo



ab oriēte adducā ſemē tuū et ab occidēte ⁊c.





Veni de libāo ſpōſa mea veni coronaberis.



Filii mr̄is mee pugnauerūt cō tra me. Cāti. i.



leticia. Aue cuius natiuitas noſtra fuit ſolennitas: vt lucifer lux oriens verum ſolē preueniens. Aue pia humilitas ſine viro fecunditas: cuius annunciatio noſtra fuit redēptio. Aue vera virginitas ĩmaculata caſtitas: cuiꝰ purificatio noſtra fuit purgatio. Aue preclara omnibus angelicis virtutibꝰ: cuius fuit aſſumptio noſtra glorificatio. ℣. Ora pro nobis ſanctiſſima dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus chriſti. Oratio.

Deus q̇ nos cōceptionis/natiuitatis annūciatiōis/purificationis ꝛ aſſumptionis beate marie virginis gaudia recolendo letificas: cōcede nobis ſic eiꝰ laudibus digne inſiſtere: vt eā in oĩ neceſſitate ꝛ anguſtia: precipue in hora mortis aſſiſtentem ꝛ auxiliatricē ſētiamꝰ: ꝛ tecū poſt mortem ꝑ ipſam ꝛ cū ipſa gaudere mereamur in celis. Per te ieſu chriſte ſaluator mūdi qui cum patre ꝛ ſpū ſancto viuis ꝛ regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorū. Amen.

Sequuntur ſeptem pſalmi penitentiales. añ. Ne reminiſcaris domine. ps̄.





Domine ne in furore tuo arguas me:
neqꝫ in ira tua corripias me. Miſere-
re mei domine quoniã infirmus ſũ:





Homo quidam ha-
buit duos filios: et
dixit adoleſcētior ex
illis patri. Pat: da
michi portionē ſub-
ſtātie que me contin
git. ꝛ diuiſit illis ſub
ſtantiam. Luce. xv.



Et non poſt multos
dies: cōgregatis oi-
bus adoleſcētior fi-
lius peregre profe-
ctus eſt in regionem
longinquā. ꝛ ibi diſſi
pauit ſubſtantiam
ſuam viuendo luxu-
rioſe. Luce. xv.

ſana me domine quoniam conturbata ſūt
oſſa mea. Et anima mea turbata eſt val-
de: ſed tu domine vſquequo Conuertere
domine et eripe animā meam: ſaluum me
fac propter miſericordiam tuam Quoniā
non eſt in morte qui memor ſit tui: in infer
no autem quis confitebitur tibi Labora-
ui in gemitu meo lauabo per ſingulas no-
ctes lectū meum: lachrimis meis ſtratum
meū rigabo Turbatus eſt a furore oculꝰ
meus: inueteraui inter oēs inimicos meos.
Diſcedite a me omēs qui operamini ini-
quitatem: quoniā exaudiuit dominus vo-
cem fletus mei. Exaudiuit dn̄s depreca-
tionem meam: dominus orationē meam
ſuſcepit Erubeſcant et conturbentur ve-
hementer omēs inimici mei: conuertātur
et erubeſcant valde velociter Gloria pa-
tri. Sicut erat in principio. ꝛc. ps.
Beati quorum remiſſe ſunt iniquita-
tes: et quorum tecta ſunt peccata.
Beatus vir cui non imputauit dn̄s pecca
tum: nec eſt in ſpiritu eius dolus. Quoniā
tacui inueterauerunt oſſa mea: dum cla-
marē tota die Quoniam die ac nocte gra-
uata eſt ſuper me manus tua: cōuerſus ſū
in erumna mea dum cōfigitur ſpina. De-

lictū meū cognitū tibi feci: ⁊ iniuſticiā meā
non abſcondi. Dixi confitebor aduerſum
me iniuſticiam meam domino: et tu remi=
ſiſti impietatem peccati mei. Pro hac ora=
bit ad te omnis ſanctus: in tempore opor=
tuno. Uerumtamē in diluuio aquarū mul
tarum: ad eū non approximabunt. Tu es
refugiū meum a tribulatione que circūde
dit me: exultatio mea erue me a circūdan
tibus me. Intellectū tibi dabo et inſtruā
te in via hac qua gradieris: firmabo ſuper
te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus ⁊
mulus: quibus nō eſt intellectus. In cha=
mo ⁊ freno maxillas eorū cōſtringe qui nō
approximāt ad te. Multa flagella pctōris
ſperantē autē in dño: mīa circūdabit. Le=
tamini in dño ⁊ exultate iuſti: ⁊ gloriamini
omnes recti corde. Gloria patri. ⁊c. ps.
Domine ne in furore tuo arguas me:
neq; in ira tua corripias me. Quo=
niam ſagitte tue infixe ſunt michi: et con=
firmaſti ſuper me manum tuā. Non eſt ſa
nitas in carne mea a facie ire tue: non eſt
pax oſſibus meis a facie peccatorum me=
orum. Quoniam iniquitates mee ſuper=
greſſe ſunt caput meum: ⁊ ſicut onus gra=
ue grauate ſunt ſuper me. Putruerunt et



Quādo conſumpta fuerūt eiꝰ bona meretrices aufugerunt deportādo tunicam eius.



Et poſtq̄ omnia cōſummaſſet facta eſt fames valida in regione illa: et ipſe cepit egere et abijt et acceſſit vni ciuium regionis illius: ⁊ mi=



ſit illum in villam ſuā vt paſceret porcos.et cupiebat implere ventrem de ſiliquis quas porci manducabant:⁊ nemo illi dabat.



In ſe autē reuerſus dixit Quāti mercennarij i domo patris mei abūdant panibus: ego autem hic fame pereo. Surgā et ibo ad patrē meū ⁊ dicā ei. Pater peccaui in celum et coram te.⁊c. Luce.xv.

corrupte ſunt cicatrices mee : a facie inſipientie mee. Miſer factus ſum ⁊ curuatus ſum vſq; in finē:tota die cōtriſtatus ingrediebam. Qm̄ lumbi mei impleti ſūt illuſionibus:⁊ non eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum et humiliatus ſū nimis: rugiebā a gemitu cordis mei. Dñe ante te omne deſideriū meū: et gemitus meus a te non eſt abſconditus. Cor meū conturbatū eſt dereliquit me virtus mea:et lumē oculorum meorū et ipſum non eſt mecū. Amici mei et ꝓximi mei : aduerſū me appropinquauerūt ⁊ ſteterūt. Et qui iuxta me erant de longe ſteterūt: ⁊ vim faciebant qui querebant animā meam. Et qui inquirebāt mala michi locuti ſunt vanitates:⁊ dolos tota die meditabantur. Ego autē tanq; ſurdus non audiebā: ⁊ ſicut mutus nō aperiens os ſuū. Et factus ſum ſicut homo nō audiens: ⁊ non habens in ore ſuo redargutiones. Qm̄ in te dñe ſperaui:tu exaudies me dñe deus meus. Q̄ ⁊ dixi nequando ſupergaudeant michi inimici mei:et dum cō mouentur pedes mei ſuꝑ me magna locuti ſunt. Qm̄ ego in flagella paratus ſum:⁊ dolor meus in conſpectu meo ſemꝑ. Qm̄ iniquitatē meā annūciabo:⁊ cogitabo pro

peccato meo. Inimici autē mei viuunt et
cōfirmati ſunt ſup me: ⁊ multiplicati ſunt
q̄ oderunt me inique. Qui retribuūt mala
pro bonis detrahebāt michi: qm̄ ſequebar
bonitatem. Ne derelinquas me dn̄e deus
meus: ne diſceſſeris a me. Intende in ad=
iutorium meum: domine de⁹ ſalutis mee.
Gloria patri. Sicut erat. ⁊c. Ps.
Miſerere mei deus: ſecūdum magnā
m̄iam tuā. Et ſcd̄m multitudinē mi
ſerationū tuarū: dele iniquitatē meā. Am
plius laua me ab iniquitate mea: et a pctō
meo munda me. Qm̄ iniquitatē meā ego
cognoſco: ⁊ peccatū meū cōtra me eſt ſem
per. Tibi ſoli peccaui ⁊ malū corā te feci:
vt iuſtificeris in ſermonib⁹ tuis/ ⁊ vincas
cū iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus
cōceptus ſum: ⁊ in peccatiſ cōcepit me ma
ter mea. Ecce enī veritatē dilexiſti: icerta
⁊ occulta ſapientie tue manifeſtaſti michi.
Aſperges me dn̄e iſopo et mundabor:
lauabis me ⁊ ſup niuē dealbabor. Auditui
meo dabis gaudiū ⁊ leticiam: ⁊ exultabūt
oſſa humiliata. Auerte faciē tuam a pec=
catis meis: ⁊ omnes iniquitates meas de=
le. Cor mundū crea in me deus: ⁊ ſpiritū
rectū innoua in viſcerib⁹ meis. Ne proij=



Dixit autem pater ad ſeruos ſuos. adducite vitulū ſignatum et occidite: et manducemus ⁊ epulemur. quia hic filius meus mortuus erat et reuixit: perierat et inuentus eſt. Luce. xv.



Erat autē filius ei⁹ ſenior in agro: et cū appropinquaret domui: audiuit ſymphoniam ⁊ chorum ⁊ interrogauit quid hec eſſent. ⁊c. Luce xv.



Quomodo ſuſanna exuit tunicam ſuam in pomerio ſuo. ⁊c. Danielis. xiij.



Dum ingreſſa fuit balneum miſit puel las ad querendum oleum et ſmigmata: et dixit eis oſtia pomerij claudite vt lauer. ⁊c.

cias me a facie tua: et ſpiritum ſanctũ tuũ
ne auferas a me. Redde michi leticiã ſa=
lutaris tui: et ſpiritu principali confirma
me. Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impij ad
te cõuertentur. Libera me de ſanguinib⁹
deus deus ſalutis mee: ⁊ exultabit lingua
mea iuſticiam tuam. Dñe labia mea ape=
ries: ⁊ os meũ annunciabit laudem tuam
Quoniã ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem:
vtiq; olocauſtis non delectaberis. Sacri
ficiũ deo ſpiritus contribulatus: cor con=
tritũ ⁊ humiliatũ deus non deſpicies. Be
nigne fac dñe in bona volũtate tua ſyõ: vt
edificent̃ muri hieruſalẽ. Tũc acceptabis
ſacrificiũ iuſticie oblationes et olocauſta:
tũc iponẽt ſup altare tuũ vitulos. Gloria.

Domine exaudi orationẽ meã: et cla=
mor me⁹ ad te veniat. Non auertas
faciem tuam a me: in quacunq; die tribu=
lor inclina ad me aurem tuam. In qua=
cunq; die inuocauero te: velociter exaudi
me. Quia defecerunt ſicut fum⁹ dies mei:
⁊ oſſa mea ſicut cremium aruerunt. Per=
cuſſus ſum vt fenum ⁊ aruit cor meũ: quia
oblitus ſum comedere panẽ meũ. A voce
gemitus mei: adheſit os meum carni mee
Similis factus ſum pellicano ſolitudi=





nis:factus ſum ſicut nicticorax in domici-
lio. Vigilaui et factus ſum ſicut paſſer: ſo
litarius in tecto. Tota die exprobrabant
michi inimici mei: ⁊ qui laudabant me ad-
uerſum me iurabant. Quia cinerem tanꝗ̄
panē manducabam: et potū meū cum fle-
tu miſcebā. A facie ire indignationis tue:
quia eleuans alliſiſti me. Dies mei ſicut
vmbra declinauerunt: et ego ſicut fenum
arui. Tu autē dñe ineternū permanes: et
memoriale tuū in generatiōe ⁊ generatio-
nem. Tu exurgens dñe miſereberis ſyō:
quia tēpus miſerendi eius quia venit tem
pus. Qm̄ placuerunt ſeruis tuis lapides
eius: et terre eius miſerebūtur. Et time-
bunt gētes nomē tuū dñe: ⁊ oēs reges ter-
re gloriā tuā. Quia edificauit dñs ſyon: et
videbitur in gloria ſua. Reſpexit in ora-
tionē humilium: et non ſpreuit precē eorū.
Scribātur hec in generatiōe altera: ⁊ po-
pulus qui creabitur laudabit dñm. Quia
proſpexit de excelſo ſctō ſuo: dñs de celo
in terrā aſpexit. Vt audiret gemitus cōpe
ditorū: vt ſolueret filios interēptorū. Vt
annūciēt in ſyō nomē dñi: ⁊ laudē eiꝰ i hie-
ruſalem. In cōueniendo populos inunū:
et reges vt ſeruiant domino. Reſpondit



Cum autem egreſſe
ſunt puelle ſurrexe-
runt duo ſenes: ⁊ di-
xerunt: aſſentire no-
bis et cōmiſcere no-
biſcum. Quod ſi no-



lueris dicemus con-
tra te teſtimoniū ꝙ
fuerit tecū iuuenis:
et ob hanc cauſam
emiſeris puellas a
te. ⁊c.



Cumq; veniſſet po-
pulus ad Joachin
virũ eius: venerunt
⁊ duo preſbiteri ple-
ni iniqua cogitatiõe
aduerſus ſuſannam
vt interficeret eã. ⁊c̃.



Credidit eis multi-
tudo quaſi ſenibus
et iudicibus: et con-
demnauerunt eam
ad mortem. Excla-
mauit autem voce
magna ſuſanna ⁊ di-
xit. ⁊c̃.

ei in via virtutiſ ſue: paucitatem dierũ me-
orum nuncia michi. Ne reuoces me in di-
midio dierũ meoꝝ: in generatione ⁊ gene-
ratione anni tui. Inicio tu dñe terrã fun-
daſti: ⁊ opera manuũ tuarũ ſunt celi. Ipſi
peribunt tu autẽ permanes: ⁊ omnes ſicut
veſtimentũ veteraſcent. Et ſicut operto-
rium mutabis eos ⁊ mutabuntur: tu autem
idem ipſe es ⁊ anni tui non deficient. Fi-
lij ſeruoꝝ tuoꝝ habitabunt: ⁊ ſemen eoꝝ
in ſeculũ dirigetur. Gloria patri. ps.
De profundis clamaui ad te domine
dñe exaudi vocem meã. Fiant au-
res tue intẽdentes: in vocẽ deprecationis
mee. Si iniquitates obſeruaueris domi-
ne: dñe quis ſuſtinebit. Quia apud te ꝓpici-
atio eſt: ⁊ ꝓpter legẽ tuam ſuſtinui te dñe.
Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſpe-
rauit aĩa mea in dño. A cuſtodia matutina
vſq; ad noctem: ſperet iſrael in dño. Quia
apud dñm miã: ⁊ copioſa apud eũ redem-
ptio. Et ipſe redimet iſrael: ex oĩbus iniq-
tatibus eius. Gloria patri. Sicut. ps.
Domine exaudi oratiõe meã aurib⁹
ꝑcipe obſecrationẽ meã: in veritate
tua exaudi me in tua iuſticia. Et nõ intres
in iudiciũ cum ſeruo tuo: quia nõ iuſtifica-

bitur in cõſpectu tuo omnis viuens. Quia
perſecut⁹ eſt ĩimicus aĩam meã: hũiliauit
in terra vitã meã. Collocauit me in obſcu
ris ſicut mortuos ſeculi et anxiatus eſt ſu=
per me ſpũs me⁹ ĩ me turbatũ eſt cor meũ
Memor fui dierũ antiquorum meditatus
ſum ĩ oĩbus operib⁹ tuis: in factis manuũ
tuarũ meditabar. Expandi manus meas
ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi
Velocit̃ exaudi me dñe: defecit ſpũs me⁹
Non auertas faciẽ tuã a me: ꝛ ſimilis ero
deſcendẽtibus in lacũ. Auditã fac michi
mane miam tuam: qꝛ in te ſperaui. Notã
fac michi viã in qua ambulẽ: quia ad te le=
uaui animã meam. Eripe me de inimicis
meis dñe ad te confugi doce me facere vo
luntatẽ tuã: quia deus meus es tu. Spũs
tuus bonus deducet me in terram rectam
propter nomen tuũ dñe viuificabis me in
equitate tua. Educes de tribulatiõe aĩam
meã: et in mĩa tua diſperdes oĩs ĩimicos
meos. Et perdes oĩs qui tribulant ani=
mã meã: qm̃ ego ſeruus tuus ſũ. Gloria.
ã. Ne reminiſcaris dñe delicta noſtra vel
parentũ noſtrorũ neq; vindictã ſumas de
peccatis noſtris. Parce dñe parce popu=
lo tuo quẽ redemiſti precioſo ſãguine tuo



Cũq; duceretur ad
mortẽ: ſuſcitauit do=
minus ſpiritum pue
ri iunioris cuius no
men daniel: et excla
mauit voce magna:



Mundus ego ſum a
ſanguine huius. Et
cõuerſus oĩs popu=
lus ad eum dixit.
Quis eſt iſte ſermo.
ꝛ cete. Dañ. xiij.

ne ineternum iraſcaris nobis. Letania.

Kyrieleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrieleyſon. Chriſte audi nos. Pater de celis deus: miſerere nobis. Fili redemptor mundi deus: miſerere nobis.

Spirituſſancte deus: miſerere nobis.
Sãcta trinitas vnꝰ deus: miſerere nobis
Sancta maria Ora pro nobis.
Sancta dei genitrix or
Sancta virgo virginum or
Sancte michael or
Sancte gabriel or
Sancte raphael or
Omnes ſancti angeli et archangeli dei. Orate pro nobis.
Oēs ſcti beatorū ſpirituū ordines orat
Sancte iohannes baptiſta or
Oēs ſancti patriarche ⁊ prophete orat
Sancte petre or
Sancte paule or
Sancte andrea or
Sancte iacobe Ora pro nobis
Sancte iohannes or
Sancte philippe or
Sancte iacobe or
Sancte bartholomee Ora pro nobis
Sancte thoma or



Et reuerſus eſt ergo populus cum feſtinatione et dixerunt ei ſenes: veni et ſede in medio noſtrum et iudica nobis: quia tibi deus dedit honorem ſenectutis.



Et dixit ad eos daniel. Separate illos abinuicē procul ⁊ dijudicabo eos. Cū ergo diuiſi eſſent alter ab altero vocauit vnum et dixit ad eū. Inueterate malorum dierum. ⁊c.

ancte mathee oꝛ
ancte ſymon oꝛ
ancte thadee oꝛ
ancte mathia Oꝛa pro nobis
ancte barnaba oꝛ
ancte luca oꝛ
ancte marcialis oꝛ
ēs ſancti apoſtoli ⁊ euangeliſte oꝛ̃
mnes ſancti diſcipuli domini oꝛ̃
mnes ſancti innocentes dei oꝛ̃
ancte ſtephane oꝛ
ancte clemens oꝛ
ancte ſebaſtiane oꝛ
ancte fabiane oꝛ
ancte laurenti Oꝛa pro nobis
ancte vincenti oꝛ
ancte thoma oꝛ
ancte geruaſi Oꝛa pro nobis
ancte prothaſi oꝛ
ancte dionyſi cum ſocijs tuis oꝛ
ancte maurici cum ſocijs tuis oꝛ
ancte euſtachi cum ſocijs tuis oꝛ
ancte georgi oꝛ
ancte eutropi oꝛ
ancte quintine oꝛ
mnes ſancti martyres dei oꝛ̃
ancte ſilueſter oꝛ



Exclamauit itaqꝫ om̄is cet⁹ magna voce ⁊ benedixerūt deū qui ſaluat ſperātes in ſe. ⁊ conſurrexerūt aduerſus p̄ſbiteros: Cōuicerat enim eos daniel ex oꝛe ſuo fal-



ſum dixiſſe teſtimonium feceruntqꝫ eis ſicut male egerāt aduerſus proximū: vt facerent ſecundū legem moyſi. et interfecerunt eos. ⁊c. Danielis. xiij.

I. ſignū añ iudi i um maꝛ vltra ōs mōtes eleuabit.



2. mare e cōuerſo in abyſſum terre deſcendet.



3. piſces ⁊ mōſtra mar' cū hoꝛribili clāoꝛe appebūt.

Sancte gregoꝛi oꝛ.
Sancte nicaſi oꝛ.
Sancte ambroſi Oꝛa pꝛo nobis
Sancte auguſtine oꝛ.
Sancte hieronime oꝛ.
Sancte remigi oꝛ.
Sancte marcelle oꝛ.
Sancte iuliaue Oꝛa pꝛo nobis
Sancte eligi oꝛ.
Sancte egidi oꝛ.
Sancte iuliane oꝛ.
Sancte benedicte Oꝛa pꝛo nobis
Sancte maure oꝛ.
Sancte leobine oꝛ.
Sancte ſulpici oꝛ.
Sancte leonarde Oꝛa pꝛo nobis
Sancte guillerme oꝛ.
Omēs ſcti cōfeſſoꝛes ⁊ pōtifices dei oꝛ.
Sancta anna oꝛ.
Sancta maria magdalena oꝛ.
Sancta agatha oꝛ.
Sancta agnes oꝛ.
Sancta lucia oꝛ.
Sancta cecilia oꝛ.
Sancta Katherina Oꝛa pꝛo nobis
Sancta barbara oꝛ.
Sancta margareta oꝛ.



Sancta fides or̄
Sancta ſpes Ora pro nobis.
Sancta caritas or̄
Omnes ſancte virgines or̄t
Omnes ſancti et ſancte dei or̄t
Propicius eſto. Parce nobis domine.
Ab omni malo. Libera nos domine. Ab
inſidiis dyaboli. libera. A dānatione per=
petua. libe. A ſpiritu fornicationis. libe.
Ab appetitu inanis glorie. libe. Ab ira ꝛ
odio ꝛ omni mala volūtate. l. A cecitate
cordis. l. A fulgure ꝛ tempeſtate. l. A ſu=
bitanea ꝛ improuiſa morte. libe. Per my=
ſterium ſancte incarnationis tue. li. Per
aduentum tuū. l. Per natiuitatē tuā. libe.
Per paſſionem crucem ꝛ mortem tuā. l.
Per glorioſam reſurrectionem tuam. l.
Per admirabilem aſcenſionem tuam. l.
Per gratiam ſancti ſpiritus paraclyti. l.
In hora mortis: ſuccurre nobis domine.
In die iudicij. l. Peccatores. Te roga=
mus audi nos. Ut pacē nobis dones. tꝛ.
Ut miſericordia et pietas tua nos cuſto=
diat. te ro. Ut eccleſiam tuā regere ꝛ de=
fenſare digneris. te ro. Ut omnibus bene
factoribus noſtris ſempiterna bona retri=
buas. tꝛ. Ut omnibus fidelibus defunct

4. mare ꝛ omnia flumina ardebunt.



5. arbores ꝛ herbe guttas ſanguineas ſudabunt.



6. ciuitates/ caſtra/ ꝛ oia edificia corruent.



requiem eternā dones. tꝛ. Ut omīa peccata noſtra nobis dimittas. tꝛ. Ut nos exaudire digneris. tꝛ. Fili dei. tꝛ. Fili dei tꝛ. Fili dei. tꝛ. Agnus dei qui tollis peccata mūdi: parce nobis dñe. Agnus dei qui tollis peccata mundi: exaudi nos domine. Agnus dei qui tollis peccata mundi: miſerere nobis. Kyrieleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrieleyſō. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera. Pſalmus.

Deus in adiutoriū meū intende: domine ad adiuuandū me feſtina. Confundantur ⁊ reuereantur: qui querūt animam meam. Auertātur retrorſum ⁊ erubeſcant: qui volunt michi mala. Auertātur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt michi euge euge. Exultent et letentur in te oēs qui querūt te: ⁊ dicant ſemper magnificet dominus qui diligūt ſalutare tuum. Ego vero egenus et pauper ſum: deus adiuua me. Adiutor meus et liberator meus es tu: dñe ne moreris. Gloria. ℣. Saluos fac ſeruos tuos ⁊ ācillas tuas. ℟. Deus meꝰ ſperantes in te. Eſto nobis dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Nichil proficiat inimicꝰ in nobis. Et filius iniquitatis nō apponat nocere nobis. Dñe nō ſcd̄m pec-



7. lapides iter ſe pugnabūt ⁊ maximū ſonū dabūt.



8. terremotꝰ ſcdo magnꝰ erit ⁊ homies ſe abſcōdēt



ix. oīs vallis iplebit/ ⁊ oīs mōs et collis hūiliabit.

cata noſtra facias nobis. Neqꝫ ſecundum
iniqtates noſtras retribuas nobis. Oremꝰ
pro papa noſtro. R. Dñs conſeruet eum / ⁊
viuificet eum / ⁊ beatum faciat eum in ter=
ra: ⁊ nõ tradat eum in manus inimicorum
eius. Oremus pro benefactoribus noſtris
Retribuere dignare dñe oïbus nobis bo=
na faciẽtibus propter nomẽ ſanctũ tuũ vi=
tam eternam. Amẽ. Oremus pro fidelibꝰ
defunctis. Requiem eternã dona eis do=
mine: ⁊ lux ꝑpetua luceat eis. Requieſcãt
in pace. Amen. Oremus pro fratribus no
ſtris abſentibus. Saluos fac ſeruos tuos
⁊ ancillas tuas. Deus meus ſperãtes in te
Mitte eis domine auxilium de ſancto. Et
de ſyon tuere eos. Domine exaudi oratio=
nem meam. Et clamor meus. Oratio.

Deus cui proprium et miſereri ſemꝑ
et parcere ſuſcipe deprecationẽ no=
ſtram: vt quos delictorum cathena con=
ſtringit miſeratio tue pietatis abſoluat.

Exaudi queſumus domie ſupplicum
preces et confitentiũ tibi parce pec=
catis: vt pariter indulgẽtiam nobis tribu=
as benignus ⁊ pacẽ. Oratio.

Ineffabilẽ nobis domine miſericor=
diam tuã clementer oſtẽde: vt ſimul



x. hi q̃ ſe abſcõde
rũt q̃ſi amẽtes de
cauernis exibũt



xi. oſſa [illegible]onumẽ
tꝫ exiſtẽtia ſup ſe
pulcrꝫ apꝑebũt.



xij. ſtelle de celo
cadent: ⁊ ꝟtutes
celoꝝ mouebũt.

xiij.oēs cuiuſcū qꝫ etat; tūc viuē tes morientur.



xiiij.ce[illegible]rra et omnia elementa ardebunt.



xv.celū.t͞ra reno=uabūt:et mortui ad iudiciū reſur.

nos ⁊ a peccatis omnibus exuas ⁊ a penis quas pro his meremur eripias.

Deus qui culpa offenderis penitētia placaris p̄ces populi tui ſupplicātis propicius reſpice: ⁊ flagella iracundie tue que ꝓ peccatis noſtris meremur auerte.

Omnipotens ſempiterne deus miſe=rere famulo tuo.N.papa nr̄o et diri ge eum ſecundu[illegible] clementiā tuam in viā ſalutis eterne vt t[illegible]ce tibi placita cu=piat et tota virtute perficiat.

Deus a quo ſancta deſideria recta cō ſilia ⁊ iuſta ſunt opera:da ſeruis tuis illam quam mūdus dare non poteſt pacē: vt et corda noſtra mandatis tuis dedita ⁊ hoſtium ſublata formidine tēpora ſint tua protectione tranquilla.

Ure igne ſancti ſpirit⁹ renes noſtros et cor noſtrum domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus ⁊ mundo corde place=amus.

Actiones noſtras queſumus domine aſpirando preueni et adiuuando pro ſequere: vt cuncta noſtra opera a te ſemꝑ incipiant et per te cepta finiantur.

Omnipotens ſempiterne deus qui vi uorū dominaris ſimul ⁊ mortuorum



omniūqꝫ miſereris quos tuos fide ⁊ ope=
re futuros eſſe p̄noſcis te ſupplices exo
ramus: vt pro quibus preces effūdere de=
creuimus quoſqꝫ vel p̄ſens adhuc ſeculū
in carne retinet vel futurū iam exutos cor
pore ſuſcepit: intercedentibus oībus ſctis
tuis pietatis tue clemētia delictorum ſuo=
rum oīm veniam et gaudia conſequi me=
reantur eterna. Oremus.

Fidelium deus omnium conditor et
redemptor animabus famulorū fa=
mularumqꝫ tuarum remiſſionem cūctorū
tribue peccatorum: vt indulgētiam quam
ſemper optauerunt pijs ſupplicationibus
conſequantur. Qui viuis et regnas deus.
Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

+ +








Sequuntur vigilie mortuorum. Ad veſpe
ras. Antiphona. Placebo. Pſalmus.



Dilexi qm̄ exaudiet dn̄s : vocē oratiōis mee. Quia inclinauit aurem suā michi : ⁊ in diebꝰ meis inuocabo. Circūdederūt me dolores mortis ⁊ pericula inferni inuenerunt me. Tribulationē et dolorē īueni: ⁊ nomen dn̄i inuocaui. O dn̄e libera aīam meā misericors dn̄s ⁊ iuſtus: ⁊ deus noſter miſeretur. Cuſtodiēs paruulos dn̄s: humiliatus ſū ⁊ liberauit me. Conuertere aīa mea ī requiē tuam: quia dn̄s benefecit tibi. Quia eripuit aīam meā de morte: oclos meos a lachrymis pedes meos a lapſu. Placebo dn̄o in regione viuorū. Requiē eternā dona eis dn̄e: ⁊ lux perpetua luceat eis. ā. Placebo dn̄o in regione viuorꝝ. ān. Heu me qr incolatus meus ꝓlongatus eſt. ps. Ad dn̄m cum tribularer. vt̄s. ā. Dn̄s cuſtodit te ab oī malo cuſtodiat aīam tuā dn̄s. ps. Leuaui oculos. vt̄s. ā. Si iniqtates obſeruaueris dn̄e dn̄e quis ſuſtinebit. ps. De pfūdis. vt̄s. ān. Opera. Pſalmus.

Confitebor tibi dn̄e ī toto corde meo qm̄ audiſti verba oris mei. In con-















ſpectu angeloꝝ pſallam tibi adorabo ad templũ ſanctũ tuum: ⁊ confitebor nomini tuo. Super miſericordia tua et veritate tua: quoniã magnificaſti ſup̱ omne nomen ſanctũ tuum. In quacunq; die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in aĩa mea virtutẽ. Confiteantur tibi dñe oẽs reges terre: quia audierũt omnia verba oris tui. Et cantẽt in viis domini: quoniã magna eſt gloria dñi. Quoniã excelſus dñs ⁊ humilia reſpicit: ⁊ alta a longe cognoſcit. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me/ ⁊ ſup̱ iram inimicoꝝ meoꝝ extẽdiſti manũ tuam: et ſaluũ me fecit dextera tua. Dñs retribuet pro me dñe miſericordia tua in ſeculum: opera manuũ tuarũ ne deſpicias. Requiem eternã dona eis dñe ⁊ lux ꝑpetua luceat eis. añ. Opera manuũ tuarum domine ne deſpicias. ℣. Audiui vocẽ de celo dicentẽ. ℟. Beati mortui qui in domino moriuntur. ã. Omne quod dat michi pater ad me veniet et eum qui venit ad me non eiiciam foras. p̃s. Magnificat anima. vt̃s. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera.

Pſalmus.

Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: pſallam



deo meo q̃diu fuero. Nolite confidere in principibus:in filijs hominū in quibus nō eſt ſalus. Exibit ſpiritus eius ꝛ reuertetur in terram ſuam : in illa die peribunt om=nes cogitationes eorum. Beatus cuius deus iacob adiutor eius ſpes eius ī domi=no deo ipſius qui fecit celum ꝛ terram:ma re et omnia que in eis ſunt. Qui cuſtodit veritatem in ſeculum facit iudicium:iniu=riam patientibus dat eſcam eſurientibus. Dominus ſoluit cōpeditos:dominus illu minat cecos. Dominus erigit eliſos: dn̄s diligit iuſtos. Dominus cuſtodit aduenas pupillū ꝛ viduam ſuſcipiet:et vias pecca=torum diſperdet. Regnabit dominus in ſe cula deus tuus ſyon:in generatione et ge=nerationem. Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. ℣. Re=quieſcant in pace. Amen. ℣. A porta infe=ri. ℟. Erue domine animas eorum. Do=mine exaudi orationem meā. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Deus qui inter apoſtolicos ſacerdo=tes famulos tuos pontificali ſeu ſa=cerdotali feciſti dignitate vigere:preſta q̄=ſumus. vt eorū quoqꝫ perpetuo aggregen tur conſortio.

Oremus.















DEus venie largitor ⁊ humane ſalutis amator: queſumus clementiam tuam: vt noſtre cõgregationis fratres/ ſorores/ propinquos ⁊ omnes benefactores noſtros qui ex hoc ſeculo tranſierunt: beata maria ſemper virgine intercedente cũ omnibus ſanctis tuis ad perpetue beatitudinis conſortium peruenire concedas.

Oratio.

FIdelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorũ famularumqꝫ tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam ſemp̱ optauerunt piis ſupplicationibus conſequantur. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorũ. Amen.

Ad matutinas. Inuitatorium.

Regem cui omnia viuunt. Venite adoremus. ps. Venite exultemus domino. vts̃. añ. Dirige. Pſalmus.





Verba mea auribus percipe domine
intellige clamorem meum. Inten=
de voci orationis mee : rex meus et deus
meus. Quoniam ad te orabo domine: ma
ne exaudies vocem meam. Mane aſtabo
tibi et videbo : quoniam non deus volens
iniquitatem tu es. Neqꝫ habitabit iuxta
te malignus: neqꝫ permanebūt iniuſti ante
oculos tuos. Odiſti omnes qui operātur
iniquitatem : perdes omnes qui loquūtur
mendacium. Virum ſanguinum et dolo=
ſum abominatur dominus : ego autem in
multitudine miſericordie tue. Introibo
in domum tuam: adorabo ad templū ſan=
ctū tuū in timore tuo. Dn̄e deduc me in iu
ſticia tua propter inimicos meos: dirige in
conſpectu tuo viam meam. Quoniā non
eſt in ore eorū veritas: cor eorū vanū eſt.
Sepulchrum patens eſt guttur eorū lin=
guis ſuis doloſe agebāt: iudica illos deus
Decidant a cogitationibus ſuis ſecundū
multitudinem impietatum eorum expelle
eos: quoniam irritauerunt te domine. Et
letentur omnes qui ſperant in te: ineternū
exultabunt et habitabis in eis. Et gloria=
buntur in te om̄es qui diligunt nomē tuū:
quoniā tu benedices iuſto. Domine vt ſcu



laſtrologien



le bourgoys



le chanoyne





·le marchant·



·le chartreur·



+le ſergent+

to:bone volũtatis tue coronaſti nos. Re-
quiem. ãn. Dirige dñe deus meus in con-
ſpectu tuo viam meam. ã. Cõuertere. ps.
Domine ne in furore tuo arguas me:
neqꝫ in ira tua corripias me. Miſere
re mei domine quoniam infirmus ſum: ſa-
na me domine quoniam conturbata ſunt
oſſa mea. Et anima mea turbata eſt val-
de: ſed tu domine vſquequo. Conuertere
domine et eripe animã meam: ſaluum me
fac propter miſericordiam tuam. Quoniã
non eſt in morte qui memor ſit tui: in infer
no autem quis confitebitur tibi. Labora-
ui in gemitu meo lauabo per ſingulas no-
ctes lectũ meum: lachrimis meis ſtratum
meũ rigabo. Turbatus eſt a furore oculꝰ
meus: inueteraui inter oẽs inimicos meos.
Diſcedite a me omẽs qui operamini ini-
quitatem: quoniã exaudiuit dominus vo-
cem fletus mei. Exaudiuit dñs depreca-
tionem meam: dominus orationẽ meam
ſuſcepit. Erubeſcant et conturbentur ve-
hementer omẽs inimici mei: conuertãtur
et erubeſcant valde velociter. Requiem.
ãn. Conuertere domine et eripe animam
meam quoniam non eſt in morte qui me-
mor ſit tui. ãn. Nequando. Pſalmꝰ.



Domine deus meus in te ſperaui ſal
uum me fac: ex omnibus perſequē=
tibus me et libera me. Nequando rapiat
vt leo animam meam: dum non eſt qui re=
dimat neq; qui ſaluū faciat. Domine deꝰ
meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in mani=
bus meis. Si reddidi retribuentibus mi=
chi mala: decidā merito ab inimicis meis
inanis. Perſequatur inimicus animam
meam et comprehendat ⁊ cōculcet in ter=
ra vitam meam: et gloriam meam in pul=
uerē deducat. Exurge domine in ira tua:
et exaltare in finibus inimicorum meorū.
Et exurge domine deus meus in prece=
pto quod mandaſti: et ſinagoga populorū
circundabit te. Et propter hanc in altum
regredere: dominus iudicat populos.
Iudica me domine ſecundum iuſticiam
meam: et ſecundū innocentiam meam ſup
me. Conſumetur nequicia peccatorum
et diriges iuſtum: ſcrutans corda et renes
deus. Iuſtum adiutoriū meū a dn̄o: qui
ſaluos facit rectos corde. Deus iudex iu
ſtus fortis et patiens: nūquid iraſcitur per
ſingulos dies. Niſi conuerſi fueritis gla=
dium ſuum vibrauit: arcum ſuum tetendit
et parauit illum. Et in eo parauit vaſa








lamoureux



ladvocat



le menestrier

mortis:ſagittas ſuas ardentibus effecit.
Ecce parturit iniuſticiā concepit dolorē:
et peperit iniquitatem. Lacum aperuit et
effodit eū:ꝛ incidit in foueam quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius:et
in verticem ipſius iniquitas eius deſcēdet
Confitebor dño ſecūdum iuſticiā eius:et
pſallam nomini domini altiſſimi. Requiē
eternam dona eis domine.ꝛc.ān. Ne quā-
do rapiat vt leo animam meā dum non eſt
qui redimat neq; qui ſaluum faciat. ℣. A
porta inferi. ℟. Erue dñe animas eorum.
Pater noſter. Et ne nos. Sed libera.

Lectio prima.

Parce michi domine: nichil enim ſūt
dies mei. Quid eſt homo q̄r magni-
ficas eum:aut quid apponis erga eum cor
tuū? Viſitas eū diluculo et ſubito probas
illū. Uſquequo nō parcis michi nec dimit
tis me vt glutiam ſaliuam meam? Pecca
ui. Quid faciam tibi o cuſtos hoīm? Qua-
re poſuiſti me contrariū tibi: ꝛ factus ſum
michimetipſi grauis? Cur non tollis pec
catum meum:ꝛ quare non aufers iniquita
tem meā? Ecce nunc in puluere dormio:ꝛ
ſi mane me queſieris nō ſubſiſtā. ℟. Cre-
do q̄ redemptor meus viuit et in nouiſſi-





·le·cure·

mo die de terra ſurrectur⁹ ſum. Et in car=
ne mea videbo deum ſaluatorem meum.
℣. Quem viſurus ſum egoipſe et non ali⁹
et oculi mei conſpecturi ſunt. Et in carne
mea videbo. Lectio ſecunda.

Tedet animā meā vite mee: dimittā
aduerſū me eloquiū meum. Loquar
in amaritudie aīe mee: dicā deo. Noli me
condēnare. Indica michi: cur me ita iudi
ces? Nūquid bonū tibi videtur ſi calūnie=
ris et opprimas me opus manuū tuarū: et
conſiliū impiorū adiuues? Nūquid oculi
carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo et tu
videbis? Nūquid ſicut dies hoīs dies tui:
et anni tui ſicut humana ſūt tpa? Ut q̄ras
iniq̄tatē meā: ⁊ peccatū meū ſcruteris. Et
ſcias q᷑ nichil impiū fecerim: cū ſit nemo
q̄ de manu tua poſſit eruere. ℟. Qui laza=
rum reſuſcitaſti a monumento fetidū. Tu
eis dn̄e dona requiē ⁊ locū indulgentie. ℣.
Qui venturus es iudicare viuos ⁊ mortu=
os ⁊ ſeculū per ignem. Tu eis. Lec. iij.



·le·laboureur·

Manus tue dn̄e fecerūt me: ⁊ plaſma=
uerunt me totum in circuitu: et ſic re
pente precipitas me. Memento queſo q᷑
ſicut lutum feceris me: et in puluerē redu=
ces me? Nonne ſicut lac mulſiſti me: et ſi=



·le·cordelier·






cut caſeum me coagulaſti. Pelle et carni
bus veſtiſti me oſſibus ⁊ neruis compegi=
ſti me. Vitã et miam tribuiſti michi: et viſi
tatio tua cuſtodiuit ſpiritũ meum. ℞. Dñe
quãdo veneris iudicare terram vbi me ab
ſcondam a vultu ire tue. Quia peccaui ni=
mis in vita mea. ℣. Commiſſa mea paue=
ſco ⁊ ante te erubeſco dum veneris iudica
re noli me condemnare. Quia peccaui.

In ſcdo nocturno. añ. In loco. ps.

DOminus regit me ⁊ nichil michi de=
erit: in loco paſcue ibi me colloca=
uit. Suꝑ aquã refectionis educauit me:
animã meam conuertit. Deduxit me ſuꝑ
ſemitas iuſticie: propter nomẽ ſuũ. Nam
et ſi ambulauero in medio vmbre mortis:
non timebo mala quoniam tu mecum es.
Virga tua ⁊ baculus tuus: ipſa me conſo=
lata ſunt. Paraſti in conſpectu meo men=
ſam: aduerſus eos qui tribulant me. Im=
pinguaſti in oleo caput meũ: ⁊ calix meus
inebrians ꝙ preclarus eſt. Et miſericor=
dia tua ſubſequetur me: omnibus diebus
vite mee. Et vt inhabitem in domo domi
ni: in longitudinem dierum. Requiẽ eter=
nã dona eis domine. ⁊c. ã. In loco paſcue
ibi me collocauit. añ. Delicta. ps.



Ad te domine leuaui animam meam:
deus meus in te confido non erube=
ſcam. Neqꝫ irrideāt me inimici mei: etenī
vniuerſi qui ſuſtinent te non confūdentur.
Confundantur omēs iniqua agentes: ſu=
peruacue. Uias tuas domine demonſtra
michi: et ſemitas tuas edoce me. Dirige
me in veritate tua et doce me: quia tu es
deus ſaluator meus et te ſuſtinui tota die.
Reminiſcere miſerationum tuarū domi
ne: et miſericordiarū tuarum que a ſeculo
ſunt. Delicta iuuentutis mee: ⁊ ignoranti=
as meas ne memineris. Secundum miſe
ricordiam tuam memento mei tu: propter
bonitatem tuam dn̄e. Dulcis ⁊ rectus dn̄s
propter hoc legem dabit delinquētibus in
via. Diriget māſuetos in iudicio: docebit
mites vias ſuas. Uniuerſe vie dn̄i miſeri=
cordia et veritas requirentibus teſtamen=
tum eius: et teſtimonia eius. Propter no=
men tuū dn̄e propiciaberis peccato meo:
multū eſt enim. Quis eſt homo qui timet
dominū: legem ſtatuit ei in via quā elegit.
Anima eius in bonis demorabitur: et ſe=
men eius hereditabit terrā. Firmamentū
eſt dn̄s timētibus eū: et teſtamentū ipſius
vt manifeſtetur illis. Oculi mei ſēper ad



la royne



la duchesse



la regente






dominū:quoniā ipſe euellet de laqueo pe=
des meos. Reſpice in me ⁊ miſerere mei:
quia vnicus et pauper ſum ego. Tribula=
tiones cordis mei multiplicate ſunt: de ne
ceſſitatibus meis erue me. Vide humili=
tatem meam et laborem meum: et dimitte
vniuerſa delicta mea. Reſpice inimicos
meos quoniam multiplicati ſunt: et odio
iniquo oderūt me. Cuſtodi animam meā
et erue me: non erubeſcam quoniam ſpe=
raui in te. Innocentes et recti adheſerūt
michi: quia ſuſtinui te. Libera deus iſrael
ex omnibus tribulationib⁹ ſuis. Requiē
eternam dona eis domine. añ. Delicta iu=
uentutis mee ⁊ ignorātias meas ne memi
ris domine. añ. Credo videre. ps.

Dominus illuminatio mea et ſalus
mea: quē timebo. Dñs ꝓtector vi=
te mee: a quo trepidabo. Dum appropiāt
ſuper me nocētes: vt edant carnes meas.
Qui tribulant me inimici mei: ipſi infir=
mati ſunt et ceciderunt. Si conſiſtant ad=
uerſum me caſtra: non timebit cor meum.
Si exurgat aduerſum me prelium: in hoc
ego ſperabo. Vnā petij a dño hanc requi=
ram vt inhabitem in domo dñi: omnibus
diebus vite mee. Vt videam voluntatem



dñi: ⁊ viſitē templū eius. Qm̄ abſcōdit me
in tabernaculo ſuo: in die maloꝝ protexit
me in abſcondito tabernaculi ſui. In pe=
tra exaltauit me: et nunc exaltauit caput
meū ſuꝑ inimicos meos. Circuiui ⁊ imo=
laui in tabernaculo eius hoſtiā vociferatio
nis: cātabo et pſalmū dicam dño. Exaudi
dñe vocē meā qua clamaui ad te: miſerere
mei ⁊ exaudi me. Tibi dixit coꝛ meū exq=
ſiuit te facies mea: faciē tuā dñe requiram
Ne auertas faciē tuā a me: ne declines in
ira a ſeruo tuo. Adiutoꝛ meus eſto dñe ne
derelinquas me: neq; deſpicias me deus
ſalutaris meus. Qm̄ pater meus ⁊ mater
mea dereliquerunt me: dñs autē aſſumpſit
me. Legem pone michi dñe in via tua: et
dirige me in ſemita recta ꝓpter inimicos
meos. Ne tradideris me in animas tribu
lantiū me qm̄ inſurrexerūt in me teſtes ini
qui: et mentita eſt iniquitas ſibi. Credo
videre bona domini: in terra viuentium.
Expecta dñm viriliter age et confoꝛtetur
coꝛ tuum: et ſuſtine dominum. Requiem
eternam dona eis domine: et lux perpetua
luceat eis. añ. Credo videre bona domini
in terra viuentium. ℣. Collocet eos domi
nus cum pꝛincipibus. ℟. Cum pꝛincipib⁹



la prieure



la damoiſelle



la bourgoiſe






populi ſui. Pater noſter. Et nos. Sed li=
bera. Lectio quarta.

RESpõde michi. Quantas habeo ini=
quitates ⁊ peccata: ſcelera mea atq;
delicta oſtende michi. Cur faciem tuam
abſcondis ⁊ arbitraris me inimicum tuũ?
Contra folium quod vento rapitur oſten=
dis potentiã tuã: et ſtipulam ſiccam perſe
queris. Scribis enim contra me amaritu
dines et conſumere me vis peccatis ado=
leſcentie mee. Poſuiſti in neruo pedem
meum: ⁊ obſeruaſti omnes ſemitas meas
et veſtigia pedum meorum conſideraſti.
Qui quaſi putredo conſumendus ſum: et
quaſi veſtimentum quod comeditur a ti=
nea. ℟. Memento mei deus quia ventus
eſt vita mea. Nec aſpiciat me viſus homi=
nis. ℣ſus. De profundis clamaui ad te do
mine domine exaudi vocem meam. Nec
aſpiciat me. Lectio quinta.

HOmo natus de muliere breui viuẽs
tempore repletur multis miſerijs.
Qui quaſi flos egreditur et conteritur et
fugit velut vmbra et nunq; in eodem ſta=
tu ꝑmanet. Et dignũ ducis ſuꝑ huiuſce=
modi aperire oculos tuos et adducere eũ
tecũ in iudiciũ? Quis poteſt facere mũdũ



de immũdo cõceptũ ſemine? Nõne tu qui
ſolus es? Breues dies hoīs ſunt numer⁹
menſiũ eius apud te eſt. Cõſtituiſti termi=
nos eius qui preteriri non poterunt. Re=
cede ergo paululum ab eo vt quieſcat do=
nec optata veniat: ſicut mercennarij dies
eius. ℟. Heu michi domine quia peccaui
nimis in vita mea quid faciam miſer vbi
fugiam niſi ad te deus me⁹ miſerere mei.
Dum veneris in nouiſſimo die. ℣. Anima
mea turbata eſt valde: ſed tu domine ſuc=
curre ei. Dum veneris. Lec. vi.

Quis michi hoc tribuat vt in infer=
no protegas me: et abſcondas me:
donec ptranſeat furor tuus: et conſtituas
michi tempus ĩ quo recorderis mei? Pu=
tas ne mortuus homo rurſum viuat cun=
ctis diebus quib⁹ nunc milito expecto do
nec veniat immutatio mea. Uocabis me
et ego reſpõdebo tibi. Operi manuũ tua=
rũ porriges dexteram. Tu quidem greſ=
ſus meos dinumeraſti: ſed parce peccatis
meis. ℟. Ne recorderis peccata mea do=
mine. Dum veneris iudicare ſeculum per
ignem. ℣⁹. Dirige domine deus meus in
conſpectu tuo viam meam. Dum veneris
añ. Complaceat. Pſalmus.







la veufue


la marchade


la balleue

Expectans expectaui dominum: ⁊ in
tendit michi. Et exaudiuit preces
meas: ⁊ eduxit me de lacu miſerie et de lu
to fecis. Et ſtatuit ſupra petrã pedes me=
os: et direxit greſſus meos. Et immiſit in
os meum canticum nouum: carmen deo
noſtro. Uidebunt multi ⁊ timebunt: et ſpe
rabunt in domino. Beatus vir cuius eſt
nomen domini ſpes eius: ⁊ non reſpexit in
vanitates et inſanias falſas. Multa feciſti
tu domine deus meus: mirabilia tua ⁊ co=
gitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit ti=
bi. Annuciaui et locutus ſum: multiplica=
ti ſunt ſuper numerum. Sacrificiũ ⁊ obla=
tionem noluiſti: aures autem perfeciſti mi
chi. Holocauſtum et pro peccato non po=
ſtulaſti: tunc dixi ecce venio. In capite li=
bri ſcriptum eſt de me vt facerem volun=
tatem tuam deus meus volui: et legem
tuam in medio cordis mei. Annunciaui
iuſticiam tuam in eccleſia magna: ecce la=
bia mea non prohibebo domine tu ſciſti.
Iuſticiam tuam non abſcondi in corde
meo: veritatem tuam et ſalutare tuum di=
xi. Non abſcondi miſericordiam tuam et
veritatem tuam: a conſilio multo. Tu au=
tem domine ne longe facias miſerationes



tuas a me: miſericordia tua et veritas tua
ſemper ſuſceperunt me. Quoniam circun
dederunt me mala quorum non eſt nume
rus: cōprehenderunt me iniquitates mee/
et nō potui vt viderem. Multiplicate ſūt
ſuper capillos capitis mei: et cor meum
dereliquit me. Cōplaceat tibi dn̄e vt eru=
as me dn̄e ad adiuuandū me reſpice. Con
fundātur et reuereātur ſimul: qui querunt
aīam meā vt auferāt eā. Conuertantur re
trorſū ⁊ reuereātur: qui volūt michi mala.
Ferant confeſtim confuſionē ſuā: qui di=
cunt michi euge euge. Exultent et letētur
ſuper te omnes querētes te: et dicant ſem
per magnificetur dominus qui diligūt ſa=
lutare tuum. Ego autem mendicus ſum
et pauper: dn̄s ſolicitus eſt mei. Adiutor
meus ⁊ protector meus tu es: deus meus
ne tardaueris. Requiē eternam dona eis
dn̄e: et lux perpetua. ⁊c. ā. Complaceat ti=
bi dn̄e vt eruas me dn̄e ad adiuuandū me
reſpice. ān. Sana domine. ps.

Beatus qui intelligit ſuper egenū et
pauperē: in die mala liberabit eum
dn̄s. Dn̄s conſeruet eū et viuificet eum ⁊
beatū faciat eū in terra: ⁊ non tradat eum
in animā inimicoꝝ eius. Dn̄s opem ferat



la theologienne



nouuelle mariee



la femme grosse.




lespousee


la mignote


la fille pucelle

illi ſuper lectum doloris eius: vniuerſum
ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius.
Ego dixi domine miſerere mei: ſana ani=
mam meā quia peccaui tibi. Inimici mei
dixerunt mala michi: quando morietur et
peribit nomē eius. Et ſi ingrediebatur vt
videret vana loquebatur: cor eius congre
gabit iniquitatem ſibi. Egrediebatur fo=
ras: ⁊ loquebatur in idipſum. Aduerſum
me ſuſurrabant omnes inimici mei: aduer
ſum me cogitabant mala michi. Verbum
iniquum cōſtituerunt aduerſum me: nun=
quid qui dormit non adiiciet vt reſurgat.
Etenim homo pacis mee in quo ſperaui:
qui edebat panes meos magnificauit ſup
me ſupplantationē. Tu autem domine mi
ſerere mei et reſuſcita me: et retribuā eis.
In hoc cognoui quoniā voluiſti me: quo=
niam non gaudebit inimicus meus ſuper
me. Me autem propter innocentiā ſuſce=
piſti et confirmaſti me: in conſpectu tuo in
eternū. Benedictus dominus deꝰ iſrael:
a ſeculo et in ſeculum fiat fiat. Requiem
eternā dona eis domine: ⁊ lux. ⁊c. añ. Sa=
na domine animam meā quia peccaui ti=
bi. añ. Sitiuit. Pſalmus.
Quemadmodū deſiderat ceruus ad





fontes aquarum: ita deſiderat anima mea
ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum
fontem viuum: quando veniã ⁊ apparebo
ante faciem dei. Fuerunt michi lachrime
mee panes die ac nocte: dũ dicitur michi
quotidie vbi eſt deus tuus. Hec recorda=
tus ſum ⁊ effudi in me animã meã: quoniã
tranſibo in locũ tabernaculi admirabilis
vſq; ad domum dei. In voce exultatio=
nis et confeſſionis ſonus epulantis. Qua=
re triſtis es aïa mea: ⁊ quare ꝯturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc confitebor
illi: ſalutare vultus mei et deus meus.
Ad meipſum anima mea conturbata eſt
ꝓpterea memor ero tui de terra iordanis:
et hermonij a monte modico. Abyſſus
abyſſum inuocat: in voce catharactarum
tuarum. Omnia excelſa tua ⁊ fluctus tui:
ſuper me tranſierunt. In die mandauit
dominus miſericordiam ſuã: et nocte can
ticum eius. Apud te oratio deo vite mee:
dicã deo ſuſceptor meus es. Quare oblit⁹
es mei ⁊ quare cõtriſtatus incedo: dũ affli
git me inimic⁹? Dũ ꝯfringũtur oſſa mea
exprobrauerũt michi: qui tribulant me ini
mici mei. Dũ dicũt michi ꝑ ſingulos dies:
vbi eſt de⁹ tu⁹. Quare triſtis es aïa mea: ⁊







la·bergere





la feme de villag

quare conturbas me. Spera in deo quo=
niam adhuc confitebor illi: ſalutare vul=
tus mei ⁊ deus meus. Requiem eternam
dona eis domine. ā. Sitiuit anima mea ad
deum viuum quando veniam et appare=
bo ante faciem domini. ℣. Ne tradas be=
ſtijs animas confitentes tibi. Et animas
pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finē.
Pater noſter. Lec. vij.

Spiritus meus attenuabit: dies mei
breuiabuntur: ⁊ ſolum michi ſuper=
eſt ſepulchrum. Non peccaui: et in
amaritudinibus moratur oculus meꝰ. Li
bera me dñe ⁊ pone me iuxta te: ⁊ cuiuſuis
manus pugnet contra me. Dies mei tran=
ſierunt cogitatiões mee diſſipate ſunt tor=
quentes cor meum. Noctem verterunt in
diem ⁊ rurſum poſt tenebras ſpero lucem
Si ſuſtinuero infernus domus mea eſt: et
in tenebris ſtraui lectulũ meum. Putredi
ni dixi. Pater meus es: mater mea: et ſo=
ror mea vermibꝰ. Ubi eſt ergo nũc preſto
latio mea ⁊ patientia mea: tu es dñe deus
meus. ℟. Peccantẽ me quotidie ⁊ nõ me
penitentẽ timor mortis cõturbat me. Qr
in inferno nulla eſt redẽptio miſerere mei
deus et ſalua me. ℣. Deus in noĩe tuo ſal=





uum me fac et in virtute tua libera me.
Quia in inferno. Lec.viij.

P Elli mee ↄſumptis carnibus adhe=
ſit os meum et derelicta ſunt tantũ=
modo labia circa dentes meos. Miſere=
mini mei miſeremini mei ſaltem vos ami
ci mei: quia manꝰ domini tetigit me. Qua=
re perſequimini me ſicut deus ⁊ carnibus
meis ſaturamini? Quis michi tribuat vt
ſcribantur ſermões mei? Quis michi det
vt exarentur in libro ſtilo ferreo aut plũ=
bi lamina vel celte ſculpant in ſilice? Scio
enim ꝙ redemptor meus viuit et in nouiſ
ſimo die de terra ſurrecturus ſum et rur=
ſum circũdabor pelle mea ⁊ in carne mea
videbo deum ſaluatorem meum. Quem
viſurus ſum egoipſe et oculi mei conſpe=
cturi ſunt et non alius. Repoſita eſt hec
ſpes mea in ſinu meo. ℟. Domine ſecun=
dum actum meum noli me iudicare nichil
dignum in conſpectu tuo egi ideo depre=
cor maieſtatem tuam. Ut tu deus deleas
iniquitatem meam. ℣. Amplius laua me
domine ab iniuſticia mea et a delicto meo
munda me. Ut tu deus deleas iniquita=
tem meam. Lec.ix.

Q Uare de vulua eduxiſti me qui vti=









nam conſumptus eſſem ne oculus me vi=
deret. Fuiſſem quaſi non eſſem de vtero
trãſlatus ad tumulum. Nunquid nõ pau=
citas dierum meorum finietur breui? Di=
mitte ergo me domine vt plangam paulu
lum dolorem meum anteq̃ vadam et non
reuertar ad terram tenebroſam et opertã
mortis caligine. Terram miſerie et tene=
brarum vbi vmbra mortis et nullus ordo:
ſed ſempiternus horror inhabitans. ℟.
Libera me domine de vijs inferni qui por
tas ereas confregiſti et viſitaſti infernum
et dediſti eis lumẽ vt viderẽt te. Qui erãt
in penis tenebrarum. ℣. Clamantes et di
centes adueniſti redemptor noſter. Qui
erant in penis tenebrarum. ℣. Requiem
eternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua
luceat eis. Qui erant in penis tenebrarũ.
℟. Libera me domine de morte eterna in
die illa tremenda. Quando celi mouendi
ſunt et terra. Dum veneris iudicare ſecu=
lum per ignem. ℣. Tremens factus ſum
ego et timeo dum diſcuſſio venerit atq̃ vẽ
tura ira. Quando celi mouendi ſunt ⁊ ter=
ra. ℣. Dies illa dies ire calamitatis et mi=
ſerie dies magna et amara valde. Dum ve
neris iudicare ſeculum per ignem. ℣. Re



quiem eternam dona eis dñe ⁊ lux perpe=
tua luceat eis. ℟. Libera me domine. ⁊c.
In laudibus. añ. Exultabunt domino
oſſa hũmiliata. ps. Miſerere mei deus ſe=
cundũ magnam miſericordiã tuam. vts̃.
añ. Exaudi domine. Pſalmus.
Te decet hymnus deus in ſyon: et ti=
bi reddetur votum in hieruſalem.
Exaudi orationẽ meam: ad te omnis ca=
ro veniet. Verba iniquoꝝ preualuerũt ſu=
per nos: et impietatibꝰ noſtris tu propicia
beris. Beatus quem elegiſti et aſſumpſi=
ſti: inhabitabit in atriis tuis. Replebimur
in bonis domus tue: ſanctũ eſt tẽplum tuũ
mirabile in equitate. Exaudi nos deꝰ ſa=
lutaris noſter: ſpes omnium finium terre
et in mari longe. Preparans montes in
virtute tua accinctus potentia qui contur
bas profundũ maris: ſonum fluctuũ eius.
Turbabuntur gentes ⁊ timebunt qui ha=
bitant terminos a ſignis tuis: exitus matu
tini et veſpere delectabis. Viſitaſti terrã
et inebriaſti eam: multiplicaſti locupleta=
re eam. Flumen dei repletum eſt aquis
paraſti cibum illorũ: quoniã ita eſt prepa=
ratio eius. Riuos eius inebrians multi=
plica genimina eius: in ſtillicidiis eius le=





le pape



lempereur



le cardinal




rabitur germinās. Benedices corone an-
ni benignitatis tue: et campi tui replebun-
tur vbertate. Pingueſcēt ſpecioſa deſer-
ti: et exultatione colles accingentur. In-
duti ſunt arietes ouium et valles abunda-
bunt frumento: clamabunt etenim hymnū
dicent. Requiē eternam dona eis dn̄e. ꝛc.
an̄. Exaudi domine orationem meam ad
te omnis caro veniet. an̄. Me ſuſcepit dex
tera tua dn̄e. ps. Deus deus meus. vt̄s.
an̄. A porta inferi. Pſalmus.
Ego dixi in dimidio dierum meorū:
vadam ad portas īferi. Queſiui re-
ſiduum annorum meorum: dixi non vide-
bo dominum deum in terra viuentium.
Non aſpiciā hominē vltra: ꝛ habitatorem
quietis. Generatio mea ablata eſt ꝛ con-
uoluta eſt a me: quaſi tabernaculum paſto
rum. Preciſa eſt velut a texente vita mea
dum adhuc ordirer ſuccidit me: de mane
vſq; ad veſperam finies me. Sperabam
vſq; ad mane: quaſi leo ſic cōtriuit oīa oſſa
mea. De mane vſq; ad veſperā finies me:
ſicut pullus hyrundinis ſic clamabo: me-
ditabor vt columba. Attenuati ſunt oculi
mei: ſuſpicientes in excelſo. Domine vim
patior reſponde pro me: quid dicam aut



quid reſpōdebit michi: cum ipſe fecerim. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine anime mee. Domine ſi ſic viuitur et ī talibus vita ſpiritus mei corripies me et viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Tu autē eruiſti animam meam vt non periret: proieciſti poſt tergū tuum omnia peccata mea. Quia nō infernus confitebitur tibi: neqꝫ mors laudabit te: non expectabunt qui deſcendunt in lacum veritatem tuam. Viuens viuens ipſe cōfitebitur tibi: ſicut et ego hodie pater filijs notam faciet veritatem tuam. Dn̄e ſaluum me fac: et pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vite noſtre in domo domini. Requiem eternam dona eis domine: ꝛ lux. ꝛc. an̄. A porta inferi erue dn̄e animas eorum. an̄. Omnis ſpiritus laudet dominum. ps. Laudate dominum de celis. vts̄. ℣. Audiui vocem de celo dicentē. ℟. Beati mortui qui in domino moriunt̄. an̄. Ego ſum reſurrectio et vita qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet et omnis qui viuit ꝛ credit in me non morietur in eternum. ps̄. Benedictus. vt ſupra. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera. ps. De profundis. vts̄. an̄. A porta īferi erue




Larcheueſque


Le cheualier


Leueſque




domine animas eorum. Oremus.
Deus qui inter apoſtolicos ſacerdo=
tes famulos tuos pontificali ſeu ſa=
cerdotali feciſti dignitate vigere: preſta q̄=
ſumus: vt eorum quoqꝫ perpetuo aggre=
gentur conſortio. Oremus.
Deus venie largitor ⁊ humane ſalu=
tis amator q̄ſumus clementiā tuam
vt noſtre congregationis fratres/ſorores/
propinquos/ et oēs benefactores noſtros:
qui ex hoc ſeculo tranſierunt beata maria
ſemꝑ virgine intercedēte cum omnibꝰ ſan
ctis tuis ad perpetue beatitudinis conſor
tium peruenire concedas. Oremus.
Fidelium deus omnium conditor. vt ſ̄.
Oratio deuotiſſima ꝓ fidelibus de=
functis in cimiterio inhumatis.
AUete omnes anime fideles quarum
corpora hic ⁊ vbiqꝫ requieſcūt i pul
uere: dn̄s ieſus chriſtus qui vos ⁊ nos re=
demit ſuo precioſiſſimo ſāguine dignetur
vos a penis liberare ⁊ inter choros ſuorū
ſanctoꝝ angelorum collocare ibiqꝫ noſtri
memores ſuppliciter exorare vt vobis aſ=
ſociemur ⁊ vobiſcum in celis coronemur.
℣. Non intres in iudiciū cū aīabus ſeruo=
rum tuoꝝ dn̄e. ℟. Qm̄ nō iuſtificabitur in



conſpectu tuo oīs viuens. Oremus.

Domine ieſu chriſte ſalus ⁊ liberatio fideliū aīarum qui non veniſti aīas perdere ſed ſaluare: ⁊ dare animā tuam in redemptionē pro multis: immenſā clemētiam tuam ac ineffabilē miſericordiā tuā humiliter imploramus: vt aīas omnium fideliū defunctoꝝ in penis purgatorij cruciatas miſericorditer reſpicere digneris: ⁊ que iuſte pro peccatis affliguntur tua benigniſſima pietate liberentur. ſubueniatqꝫ illis tua miſericordia quas tuo precioſiſſimo ſanguine redemiſti. Et per merita beatiſſime/ glorioſiſſime/ ſemperqꝫ virginis dei genitricis marie ⁊ oīm ſanctoꝝ ⁊ ſanctarū liberare eas ab inferoꝝ cruciatibꝰ ⁊ collocare iter aīas ſanctoꝝ digneris veſte quoqꝫ immortalitatis indui et paradiſi amenitate confoueri iubeas. Qui cum patre et ſpirituſancto. ⁊c. Pater noſter. Aue maria.

Sequuntur ſuffragia plurimorum ſanctorum et ſanctarum.









De ſanctiſſima trinitate.
Sancta trinitas vnus deꝰ miſerere nobis.
añ. Te inuocamus/ te adoramus/ te lauda-

mus/te glorificamus/o beata trinitas. ℣. Sit nomen domini benedictū. ℟. Ex hoc nunc ⁊ vſq; in ſeculum. Oratio.

O Mnipotēs ſempiterne deus qui dediſti famulis tuis in confeſſione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoſcere ⁊ in potentia maieſtatis adorare vnitatem queſumus vt eiuſdem fidei firmitate ab oībus ſemper tueamur aduerſis. Per dominum. ⁊c. Orō ad deum patrem.

Pater de celis deus: miſerere nobis.



D Omine ſācte pater omnipotens eterne deus qui coequalē cōſubſtantialem ⁊ coeternū tibi ante omnia ſecula filiū ineffabiliter genuiſti cū quo atq; cum ſancto ſpiritu ex te eodemq; filio procedēte celū terrā/ atq; omnia quecūq; exiſtunt viſibilia ⁊ inuiſibilia mirabiliter creaſti tibi grās ago: te adoro/te laudo/te bn̄dico/teq; magnifico. Eſto q̄ſo ꝓpicius michi miſerrimo pctōri/ ⁊ ne deſpicias me opus manuū tuarū: ſed libera/ ſalua/ ⁊ adiuua me ꝓpter nomē ſanctū tuū Qui viuis et regnas de⁹. Per oīa ſcl'a ſe-



Sibila libica. etate xxiiij. annoꝝ (vt dicit euripides) ꝑdixit aduentum chriſti.



Sib. erichea. etate xv. an. orta ex babilone ꝑdixit annunciationē beate marie.



Sib. cūana de ytalia nata. etate xviij. an. tꝑib⁹ tarqni priſci ꝑdixit ortū xp̄i vt teſtat̄ virgilius.

culorum. Amen. Oratio ad filium.
Fili redemptor mūdi deꝰ: miſerere nobis



Domine ieſu chriſte filii dei viui q̄ es verꝰ ⁊ omnipotēs deus ſplendor et imago patris ⁊ vita eterna cui eſt vna cū eterno patre ⁊ ſpūſācto equalis honor eadē gloria coeterna maieſtas/vna ſubſtātia: tibi gratias ago/ te adoro/te laudo/te benedico/teq̄ glorifico Ne me q̄ſo perire patiaris: ſꝫ ſalua ⁊ adiuua me propter nomē ſanctū tuū. Qui vi. ⁊c.

Oratio ad ſpiritū ſanctum.
Spirituſſancte deus: miſerere nobis.



Domine ſpirituſſancte deꝰ q̄ coequalis coſubſtātialis ⁊ coeternꝰ patri filioq̄ exiſtēs ab eis ineffabilit̄ ꝓcedēs: quiq̄ ſup eundē dominū noſtrū in columbe ſpecie ⁊ ſupra ſctōs diſcipl'os ſuos ī linguis igneis deſcendiſti tibi grās ago/te adoro/te laudo/te bn̄dico/teq̄ glorifico. Repelle a me q̄ſo tenebras



Sibila ſanne. etate xxiiij. an. p̄dixit virginē filiū q̄ſcere in p̄ſepio boum.



Sibila cyemeria. d ytalia nata. etate xviij. an. vt dicit albumaſar p̄dixit virginē lactare filium.



Sib. europa. etate xv. an. p̄dixit fugā xp̄i ⁊ matris eius in egyptum.

totius iniquitatis: ⁊ perfice ⁊ accende i me lumen miſericordie tue ⁊ ignem ſãctiſſimi amoris tui. Qui viuis et regnas deꝰ. ⁊c.

De facie domini. añ.



Salue ſancta facies noſtri redemptoris in qua nitet ſpecies diuini ſplẽdoris impreſſa panniculo niuei cãdoris dataq; veronice ſignum ob amoris. Salue decꝰ ſeculi ſpeculum ſãctorum quod videre cupiũt ſpiritus celorum nos ab omni macula purga viciorũ: atq; nos cõſortio iunge beatorum. Salue noſtra gratia in hac vita dura labili ac fragili cito trãſitura. Nos proueħat ſuperis felix hec figura: ad videndum faciem que eſt chriſti pura. Eſto nobis queſumꝰ verũ adiuuamen dulce refrigerium atq; conſolamen ſic fruamur requie omnes dicant. Amen. ℣. Adoramus te chriſte ⁊ benedicimus tibi. ℟. Quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundũ. Oratio.

Deus qui nobis famulis tuis lumine vultus tui ſignatis ad inſtantiam veronice ymaginem ſudario impreſſam



Sibila p̄ſica. etate xxx. an. vt dicit nichanor p̄dixit dyabolũ ſupatum eſſe.



Sibila agripa. etate. xxx. annoꝝ predixit flagellationem chriſti.



Sib. tyburtina. etate. xx. an. p̄dixit romanis ieſum collaphiſandum.



Sib. delphica. etate xx. an. ante deſtructi onē troie p̄dixit ieſū ſpinis coronari.



Sib. helpōtia. etate l. an. orta in campo troie predixit ieſum chriſtū in arbore cru cis repeni.



Sibila frigea. val de antiqua predixit reſurrectionem xp̄i.

relinquere voluiſti: per paſſionē ⁊ crucem tuam tribue queſum⁹: vt ita nūc in terris per ſpeculum in enigmate venerari ⁊ adorare teip̄m valeamus vt tunc facie ad faciem ſuper nos iudicē ſecuri videamus te chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Oratio ad beatam virginem mariam.



O Bſecro te domina ſācta maria mater dei pietate pleniſſima: ſūmi regis filia: mat̄ glorioſiſſima: mater orphanorū: conſolatio deſolatoꝝ: via errantiū: ſalus omniū i te ſperātiū. Virgo ante partum: virgo in partu: ⁊ virgo poſt partum. Fons miſericordie: fons ſalutis ⁊ gratie: fons conſolatiōis et indulgentie: fons pietatis ⁊ leticie. Per illā ſāctam ineffabilem leticiā qua exultauit ſpiritus tuus in illa hora quando tibi per gabrielem archangelum annunciatus ⁊ conceptus filius dei fuit. Et per illud diuinū myſterium quod tūc operat⁹ eſt ſpirituſſanctus. Et per illam ineffabilem gratiā pietatē/ miſericordiā/ amorē/ et hūilitatē: per quas filius tuus deſcēdit accipere hu=

manã carnẽ in venerabiliſſimo vtero tuo.
Et in q̃bus te reſpexit qñ te cõmẽdauit ſã
cto iohãni apl'o ⁊ euãgeliſte. ⁊ qñ te exalta
uit ſup̱ choros angelorũ. Et p̱ illã ſanctã
ineffabilẽ humilitatẽ in qua tu reſpondiſti
archãgelo gabrieli. Ecce ancilla dñi: fiat
michi ſcd̃m verbũ tuũ. Et p̱ glorioſiſſima
quĩdecim gaudia que habuiſti de filio tuo
dño noſtro ieſu chriſto. Et per illam ſan=
ctam ⁊ maximam compaſſionem et acer=
biſſimũ cordis dolorẽ quẽ habuiſti quãdo
filium tuum dñm noſtrũ ieſum chriſtũ an=
te crucem nudatũ ⁊ in ipſa leuatum vidiſti
pendẽtẽ/ crucifixũ/ vulneratũ/ ſitientẽ/ fel
apponi clamantem audiſti: et morientẽ vi
diſti. Et per quinq̀ vulnera filij tui: et per
contractionẽ viſcerũ tuorũ pre nimio do=
lore vulnerũ ſuoꝝ. Et per dolorem quem
habuiſti quãdo vidiſti eum vulnerari. Et
per fontes ſanguinis ſui. ⁊ per omnẽ paſſi
onem eius. et per omnẽ dolorẽ cordis tui.
et per fontes lachrymarum tuarũ: vt cum
oĩbus ſanctis ⁊ electis dei venias et feſti=
nes in auxiliũ ⁊ conſiliũ meũ in omnibus
orationibus et requeſtis meis. et in omni=
bus anguſtijs ⁊ neceſſitatibus meis. Et in
omĩbus illis rebus in quibus ego ſum fa=









cturus/locuturus/aut cogitaturus/oībus
diebus ac noctibus/horis atq; momentis
vite mee . Et michi famulo tuo impetres
a dilecto filio tuo virtutū omniū cōplemē=
tum cum omni mīa et conſolatione. omni
conſilio ꝛ adiutorio. omni benedictione et
ſanctificatione. oī ſaluatione pace et pro=
ſperitate. oī gaudio ꝛ alacritate. etiā abun
dantiā omniū bonorū ſpiritualiū ꝛ corpo=
ralium. et gratiā ſanctiſpiritus qui me bn̄
per omnia diſponat. animā meā cuſtodiat
corpus meū regat. mentem erigat. mores
componat. actus probet. vota ꝛ deſideria
mea perficiat. cogitationes ſanctas inſti=
tuat. preterita mala indulgeat. preſentia
emendet. ꝛ futura moderetur. Vitam ho=
neſtam ꝛ honorabilem michi tribuat. fidē
ſpem/ ꝛ caritatem/ caſtitatem/ humilitatē/
ꝛ patientiam michi preſtet. Quinq; ſenſus
mei corporis regat ꝛ protegat. ſeptē opera
miſericordie cōplere me faciat. duodecim
articulos fidei et decem precepta legis fir
miter tenere et credere me faciat. et a ſe=
ptem peccatis criminalibus me liberet et
defendat vſq; in finem [illegible]

[illegible]









[illegible]. Et hāc orōnem ſupplicē ſu-
ſcipias audias et exaudias/ ꝛ vitā eternam
michi tribuas. Audi et exaudi me dulciſſi
ma virgo maria mater dei ꝛ mīe. Amen.

Alia oratio ad beatā virginē mariam.



O Intemerata ꝛ ieter
num benedicta ſin-
gularis atq̧ īcomparabi
lis virgo dei genitrix ma
ria gratiſſimū dei tēplum
ſpiritusſācti ſacrarium: ia
nua regni celorū: per quā
poſt deum totus viuit or-
bis terrarum. De te enim
vnigenitus dei filius verus et omnipotēs
deus ſuam ſanctiſſimam fecit matrē. Aſ-
ſumens de te illam ſanctiſſimam carnem
per quam mundus qui perditus erat ſal-
uatus eſt. cuius precioſiſſimo ſāguine ſuo
ipſe mundus redemptus eſt ꝛ peccata re-
miſſa ſunt: formans eam in precioſiſſimo
vtero tuo de precioſiſſimo ſanguine tuo:
vniens eam eterne ꝛ incōmutabili diuini-
tati ſue a quo bona cuncta procedunt: per
quem omnia facta ſunt: quem adoro. Qui
ſacratiſſimā carnē ſuā cum precioſiſſimo
ſāguine ſuo dat quotidie fidelibꝰ ſuis ſub











forma panis et vini in cibum viaticum ad
refectionem animarum salutarem ⁊ vita=
lem. quam qui digne mãducauerit vitam
eternam habebit. qui autem indigne man
ducauerit iudicium ſibi manducat ⁊ bibit
ſicut pluries feci. Mea culpa/ mea culpa/
mea grauiſſima culpa. Qui autem non mã
ducauerit nõ habebit vitam eternam. Et
propterea merito dicimus tibi: quia per te
poſt deum totus viuit orbis terrarũ. Per
hanc fidem te deprecor dei genitrix [illegible]
tus virgo ſemper maria inclina aures tue
pietatis indignis ſupplicationib9 meis: et
eſto michi miſerrimo peccatori pia ⁊ ppi=
cia in omnibus auxiliatrix: rogans pro me
apud fontẽ pietatis et mĩe creatorem ⁊ re=
demptorem dñm noſtrũ ieſuz chriſtũ filiũ
tuum verũ ⁊ omnipotentẽ deũ a quo bona
cuncta procedũt: per quem oĩa facta ſunt.
Qui non vult mortem pctõris: ſed vt ma=
gis cõuertatur ⁊ viuat. cui propriũ eſt mi=
ſereri ſemꝑ ⁊ parcere: fac vt ipſe per ineffa
bilem miſericordiã ſuam meritis et preci=
bus tuis abſoluat me ab omnibus pctĩs ꝑ
q̃ ei diſplicui: tribuẽs michi verã humilita
tẽ/ verã mãſuetudinẽ/ gratiã/ ⁊ obediẽtiã/
fidei/ſpei/ ⁊ caritatis augmentũ/ cum per=






ſeuerantia. cuſtodiens me a recidiuo pec=
cati ꝛ a tentationib⁹ demonū mundi ꝛ car=
nis:ita vt nō ampli⁹ ſeruiā demonib⁹ qui=
bus ſeruiui in multitudinib⁹ ſcelerū meo=
rum: videlicet in ſuperbia/vana gloria/ cu
piditate/inuidia/ira/gula/accidia: et negli
gētiis īfinitis : ꝛ aliis multis peccatis qui=
bus peccaui et alios peccare feci:mea cul=
pa/mea culpa/mea grauiſſima culpa. ¶Pro
pter hec peccata perdidi regnum celorū ꝛ
ſocietatem angelorum : et totiens offendi
piiſſimum filiū tuum. et quotiens letifica=
ui demones peſſimos et merui eterna ſup
plicia: totiens mea culpa/mea culpa/ mea
grauiſſima culpa. Ideo dep̄cor te dei geni
trix et perpetua virgo ſemper maria vt tu
impetres michi indulgentiam ꝛ remiſſio=
nem omniū peccatorū iſtorum et aliorum
quecunqꝫ feci ab ipſo filio tuo a quo bona
cuncta ꝓcedunt:ꝑ quem omnia facta ſunt
Qui etiā illuminat omnē hominē venien=
tem in hunc mūdum: fac vt ipſe illuminet
mētem meā lumine gratie ſue : inflāmans
eam igne ſuauiſſimi et ſanctiſſimi amoris
ſui. Et faciat me ſeipſum cum patre ꝛ ſpi=
rituſancto vnum ſolū deum verum adora
re in ſpiritu ꝛ veritate. ſeipſum ſuꝑ omnia







diligere et timere et eidē firmiter obedire et adherere. ſua mandata cuſtodire. peccata vitare. ſuam ſanctam paſſionē ⁊ patientiā imitari. bonis operibus abūdare. proſpera mundi deſpicere ⁊ nulla eius aduerſa formidare. ⁊ talem penitentiā in hac vita pro cunctis peccatis et ſceleribus meis agere que ei precibus tuis beneplacens ſit et grata: vt merito ſue ſacratiſſime paſſionis cum ſanctis ⁊ electis ſuis michi vitā ⁊ requiē conferat ſempiternam. Amen.

Deuota contemplatio beate marie virginis iuxta crucē filij ſui lachrymātis ⁊ ad cōpaſſionē ſaluatoris ſingulos inuitantis.




Stabat mater doloroſa iuxta crucē lachrymoſa dum pendebat filius. Cuius animam gementem contriſtatā ⁊ dolentē ꝑtrāſiuit gladius. O q̄ triſtis ⁊ afflicta fuit illa benedicta mater vnigeniti. Que merebat et dolebat et tremebat cū videbat nati penas incliti. Quis eſt homo qui non fleret chriſti matrem ſi videret in tāto ſupplicio? Quis poſſet non cōtriſtari piam matrem contē=



plari dolentē cum filio. Pro peccatis ſue
gentis vidit ieſum in tormentis et flagel-
lis ſubditum. Vidit ſuum dulcem natum
morientē deſolatum dum emiſit ſpiritum.
Eya matˀ fons amoris me ſentire vim do
loris fac vt tecū lugeā. Fac vt ardeat cor
meū in amādo chriſtū deū vt ſibi cōplaceā
Sancta mater iſtud agas crucifixi fige pla
gas cordi meo valide. Cui nati vulnerati
iam dignātis pro me pati vim amoris im=
prime. Fac me vere tecū flere crucifixo cō
dolere donec ego vixero. Iuxta crucē te=
cū ſtare te libēter ſociare in plāctu deſide=
ro. Virgo virginū ꝑclara michi iā non ſis
amara fac me tecū plangere. Fac vt portē
xpi mortē paſſionis eius fortē ⁊ plagas re=
colere. Fac me plagis vulnerari cruce hac
inebriari ob amorē filij. Inflāmatus ⁊ ac=
cenſus per te virgo ſim defenſus in die iu=
dicij. Fac me cruce cuſtodiri: morte xpi p̄=
muniri: cōfoueri gratia. Qn̄ corpus morie
tur fac vt aīe donetur paradiſi gloria Am̄.
℣. Tuam ipſius aīam doloris gladi⁹ per=
tranſibit. ℟. Vt reuelentur ex multis cor=
dibus cogitationes. Oremus.
Interueniat ꝓ nobis queſum⁹ dn̄e ie
ſu chriſte nūc ⁊ in hora mortis apud





tuam clementiam beata virgo maria ma=
ter tua cuius ſacratiſſimam animam in ho
ra tue paſſionis doloris gladius pertrāſi=
uit:per te ieſu chriſte ſaluator mundi. Qui
cum patre et ſpirituſancto viuis ꝛ regnas
deus. Per omnia ſecula ſeculorū. Amen.

De ſancto michaele. ān.



Michael archangele
paradiſi prepoſite veni in
adiutorium populo dei et
velis nos defendere a po
teſtate inimici ꝛ tecum du
cere ī ſocietatem domini.
℣. In conſpectu angelo=
rum pſallā tibi deus meꝰ
℟. Adorabo ad templum
ſanctum tuum et confitebor nomini tuo.

Oremus.

Deus qui miro ordine āgelorum mi=
niſteria hominumqꝫ diſpēſas: conce
de propicius: vt quibus tibi miniſtrantibꝰ
in celo ſemper aſſiſtitur ab his in terra vi=
ta noſtra muniatur. Per dominū noſtrū
ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum
viuit et regnat in vnitate ſpūſſancti deus.
Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

De ſancto iohanne baptiſta. ān.





Inter natos mulierũ non ſurrexit maior iohanne baptiſta. ℣. Fuit homo miſſus a deo. ℟. Cui nomen erat iohãnes. Orõ.

PReſta queſumꝰ omnipotens deus vt familia tua per viam ſalutis incedat et beati iohannis precurſoris chriſti hortamẽta ſectando ad eum quem predixit ſecura perueniat dñm noſtrum ieſum chriſtum filiũ tuum qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate ſpũſſãcti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

De ſancto iohanne euangeliſta. ãn.



Johannes apoſtolus et euangeliſta virgo electus eſt a domino atq; inter ceteros magis dilectꝰ ℣. Valde honorandus eſt beatus iohannes. ℟. Qui ſupra pectꝰ domini in cena recubuit. Orõ.

ECcleſiam tuã queſumus dñe benignus illuſtra: vt beati iohãnis apoſtoli tui et euãgeliſte illuminata doctrinis ad dona ꝑueniat ſẽpit̃na. Per.











De ſanctis petro ⁊ paulo.añ.



Petrus apoſtolus et paulus doctor gentiũ: ipſi nos docuerunt legem tuã dñe. ℣. In omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ. ℟. Et in fines orbis terre verba eorum. Oratio.

Deus cuius dextera beatũ petrũ apoſtolum ambulantẽ in fluctibꝰ ne mergeretur erexit/ et coapoſtolũ eiꝰ paulũ tertio naufragantẽ de profundo pelagi liberauit. exaudi nos ꝓpicius ⁊ cõcede: vt amboꝝ meritis eternitatis gloriã cõſequamur. Per.

De ſancto iacobo.añ.



Lux ⁊ decus hyſpanie o iacobe ſanctiſſime ſubleuator oppreſſoꝝ ſuffragiũ viatoꝝ qui ĩter apoſtolos primus martyr laureatus obtines primatũ. O ſingulare preſidium tuoꝝ benignus exaudi vota ſeruoꝝ et ĩtercedas ꝓ noſtra omniumqꝫ ſalute. ℣. Ora pro nobis beate iacobe. ℟. Ut digni. Oratio.



Eſto dn̄e plebis tue ſanctificator et cuſtos: vt apoſtoli tui iacobi munita preſidiis et cōuerſatione tibi placeat ⁊ ſecura deſeruiat. Per dominū noſtrū ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum. ꝛc.

De omnibus apoſtolis. an̄.

Dum ſteteritis ante reges et preſides nolite cogitare qualiter reſpōdeatis dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. ℣. In omnem terram exiuit ſonus eoꝝ ℟. Et in fines orbis t̄re verba eoꝝ. Orō.

Concede queſumus omnipotēs deꝰ vt ſicut apoſtolorum tuorum. N. et N. iugiter commemorationē agimus: ſic ad tua beneficia promerenda maieſtatem tuam ipſi pro nobis exorent. Per chriſtū dominum noſtrum. Amen.

De ſancto ſtephano. an̄.



Stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat prodigia ⁊ ſigna magna in populo. ℣. Juſtus germinabit ſicut lilium. ℟. Et florebit ineternū ante dominum. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus qui pri-





mitias martyrum in beati leuite ſtephani ſanguine dedicaſti:tribue queſumus:vt ꝑ nobis interceſſor exiſtat q̄ pro ſuis etiā ꝑſecutoribꝰ exorauit dn̄m noſtrū ieſū xp̄m.

De ſancto laurentio.añ.



Leuita laurētius bonū opus operatꝰ eſt: qui per ſignū crucis cecos illuminauit. ℣. Diſperſit dedit paupibꝰ. ℟. Juſticia eiꝰ manet ī ſeculū ſcl'i. Oro.

Da nobis queſumus omipotens deus viciorum noſtroꝝ flammas extiguere: qui beato laurētio martyri tuo tribuiſti tormentorum ſuorum incēdia ſuperare. Per dominum noſtrum.ꝛc.

De ſancto chriſtoforo.añ.



Sācte chriſtofore martyr dei precioſe rogo te ꝑ nomē chriſti creatoris tui ꝛ per illud prerogatiuum quod tibi contulit quādo nomen ſuū tibi ſoli impoſuit: te depcor in noīe patris et filij et ſpūſſancti:et ꝑ gratiā quā accepiſti : vt

erga deum ꝛ ſanctam eius genitricē michi
famulo tuo. ℞. ſis propiciꝰ peccatori qua=
tinus tuo pio interuētu facias me vincere
omēs qui cogitāt michi mala. et per illud
leue onus quod eſt chriſtꝰ quod trans ma
rinū flumen in hūeris tuis feliciter porta=
re meruiſti alleuiare dignare preſētes me=
as anguſtias/paupertates/tribulationes/
malas ꝛ peruerſas machinatiōes/ fraudu
lentas conſpirationes/mēdacia/falſa teſti
monia/ occulta ſiue aperta conſilia: ꝛ alia
que contra honorem meum cogitādo vel
conſpirādo ꝟitatis emuli michi ſeruo tuo
inferre conant̄: vt vita comite et ſaluo ho=
nore tecum gaudere valeam in ſecula ſecu
loꝝ. ℣. Ora ꝓ nobis beate chriſtofore. ℟.
Ut digni efficiamur ꝓmiſſiōibꝰ xp̄i. Orō.
DEus qui beatū chriſtoforū martyrē
tuū virtute conſtantie in paſſiōe ro=
boraſti: quiqꝫ vnigenitū tuū dn̄m noſtrum
ieſum chriſtū in ſuis humeris mirabiliter
portari voluiſti: concede propicius: vt qui
eius cōmemorationē agimus: ipſius meri
tis ad regna celeſtia ꝑuenire feliciter me=
reamur. Per dominum noſtrū ieſū xp̄m
filium tuum: qui tecum viuit. ꝛc.

De ſancto ſebaſtiano. an̄.



O q̄ꝫ mira refulſit gratia ſebaſtianus martyr inclitus qui militis portās inſignia:ſed de fratrū palma ſolicitus confortauit corda trementia verbo ſibi collato celitus.℣.Ora pro nobis beate martyr ſebaſtiane.℟.Ut mereamur peſtē epydimie illeſi pertrāſire ⁊ promiſſionē chriſti obtinere Oremus.

Deus qui beatum ſebaſtianū martyrem tuū in tua fide ⁊ dilectione tam ardēter ſolidaſti:vt nullis carnalibꝰ blādimētis/nullis tyrannoꝝ minis/nulliſqꝫ carnificum gladijs ſiue ſagittis a tua cultura potuit reuocari:da nobis miſeris pctōribus dignis eiꝰ meritis ⁊ interceſſionibꝰ in tribulatione auxiliū.in perſecutione ſolatiū.⁊ in omni tēpore cōtra peſtē epydimie remediū:quatinꝰ poſſimꝰ contra oēs dyabolicas inſidias viriliter dimicare:mundum ⁊ ea que in eo ſunt deſpicere:⁊ nulla eius aduerſa formidare:vt ea q̄ te inſpirāte deſideramus valeamus obtinere.Per dominum noſtrum.⁊c̄.

De pluribus martyribus.ān.

Iſti ſunt ſancti qui pro dei amore minas hominũ contempſerũt. ſancti martyres in regnum celorum exultant cũ angelis. ℣ O q̃ꝫ precioſa eſt mors ſanctorum qui aſſidue aſſiſtunt ante dñm ⁊ abinuicem nõ ſunt ſeparati. ℣. Exultẽt iuſti in cõſpectu dei. ℟. Et delectentur in leticia. Oratio.

Deus qui nos cõcedis ſanctorũ martyrum tuorum. N. ⁊. N. ſuffragijs adiuuari: da nobis in eterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum qui tecum viuit et regnat. ⁊c.

De ſancto nicolao. añ.



Amicus dei nicolaus põtificali decoratꝰ infula omibus ſe amabilẽ exhibuit. ℣. Ora ꝓ nobis btẽ nicolae. ℟. Ut digni efficiamur ꝑmiſſionibꝰ chriſti. Oremus.

Deus qui beatum nicolaum pontificem tuũ innumeris decoraſti miraculis: tribue nobis q̃s: vt eius meritis et precibus a gehenne incendijs liberemur. Per dñm.

De ſancto claudio. añ.



O deſolatoꝝ conſola-
tor. captiuorum liberator.
reſurrectio mortuorũ. lu-
men cecorum. auditꝰ ſur-
dorum. mutoꝝ eloquium.
tutor naufragantiũ. impo
tẽtium ꝛ languidorum ſa-
nator. medicine refugiũ:
via errantiũ. ſalus omniũ
in te ſperantiũ. Beate claudi benigne con
feſſor dei ora deũ pro nobis qui te tot ꝛ tã-
tis illuſtrauit ſuffragiis. nã pro tua ſanctiſ
ſima vita quam tam pie ꝛ deuote geſſiſti in
hac valle miſerie vana huius ſeculi ſper-
nendo ꝛ celeſtia ſectando pro tuis meritis
ad ſuperna polorũ gaudia teipſum collo-
cauit ꝛ innumeris decorauit miraculis. be
ate claudi glõioſe ꝯfeſſor dei implora apud
deum pro nobis auxiliũ. ℣. Ora pro nobis
beate claudi. ℟. Ut digni. ꝛc. Oratio.

DEus qui beato claudio glorioſo cõ-
feſſori tuo atq; pontifici tantam gra
tiam et beatitudinẽ conferre dignatus es
ꝙ per illã fere totus orbis chriſtianoꝝ pro
ſuis neceſſitatibus ad ipſum affluit: ꝛ qui-
cunq; eum pie ꝛ deuote queſierit deſolatꝰ
non remanebit: da nobis q̃s dñe iuſta deſi-

deria poſtularet vt q̃ iuſte poſtulauerimus: ſuis meritis et interceſſione apud te iugiter valeamus obtinere. ¶Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritusſācti deus. ¶Per omnia ſecula ſeculorū. Amen.

De ſancto anthonio. āñ.



Anthoni paſtor īclite q̃ cruciatos reficis morboſ ſanas ⁊ deſtruis: ignis calorem extiguis: pie pater ad dñm ora pro nobis miſeris. ℣. Ora ꝓ nobis beate pater anthoni. ℟. Ut digni efficiamur promiſſionibꝰ chriſti. Oremus.

Deus qui concedis obtentu beati anthonij ꝯfeſſoris tui morbidū ignem extingui et membris egris refrigeria preſtari: fac nos queſumus ipſius meritis et precibus a gehenne incēdijs liberatos integros mēte et corpore tibi feliciter in gloria preſētari. ¶Per dominum noſtrum ieſū chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritusſancti deus. ¶Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

De ſancto iuliano. āñ.



Sacerdotū dyadema iuliane pijſſime noſtra defer in excelſo vota pio iudici vt tuo adipiſcamur ſctō patrocinio iā exacto vite curſu delictorum ſuoꝝ veniā. ℣. Ora pro nobis beate iuliane. ℟. Ut digni efficiamur. ⁊c. Oratio.

Deus qui eccleſie tue beatiſſimū iulianū mirabilē tribuiſti doctorē: concede propicius: vt hunc apud te piū mereamur habere interceſſorē. Per dn̄m.



De ſancta anna. an̄.

Celeſte beneficiū ītrouit in annā per quā nobis nata eſt maria ꝟgo. ℣. Ora pro nobis beata anna. ℟. Ut digni. ⁊c. Oratio.

Deus qui beate anne tantā gratiā donare dignatus es: vt beatiſſimā matrē tuam in ſuo glorioſiſſimo vtero portare meruit. da nobis per interceſſionē matris et filie tue propiciationis abundantiā: vt quarū cōmemorationē pio amore am=

plectimur : earũ precibus ad celeſtem pa=
triam peruenire valeamus. Per dñm.

De ſancta maria magdalena. añ.



Maria ergo vnxit pe=
des ieſu ⁊ exterſit capillis
ſuis ⁊ domus ipleta eſt ex
odore vnguẽti. ℣. Dimiſſa
ſunt ei peccata multa. ℟.
Qm̃ dilexit multũ. Oro.

Largire nobis clemẽ
tiſſime pater ꝙ ſicut
btã maria magdalena do=
minum noſtrum ſuꝑ omnia diligẽdo ſuo=
rum obtinuit veniam peccaminum : ita no=
bis apud tuam miſericordiam ſempiternã
impetret beatitudinem. Per dominũ no=
ſtrum ieſum chriſtum. ⁊c.

De ſancta katherina. añ.



Virgo ſãcta katherina
grecie gemma vrbe alexã
drina coſti regis erat filia.
℣. Diffuſa eſt gratia in la=
biis tuis. ℟. Propterea
benedixit te deus ineter=
num. Oremus.

Deus qui dediſti le=
gem moyſi in ſum=

mitate montis ſynai:et in eodē loco corpꝰ beate katherine virginis et martyris tue ꝑ ſctōs angelos tuos mirabiliter colloca=ſti:tribue q̄s:vt eiꝰ meritis ⁊ interceſſione ad montē qui chriſtus eſt valeamus perue=nire. Per.

De ſctā margareta. añ.



Virgo glorioſa chriſti margareta virginū gēma precioſiſſima v̄tute ſuper=norū clara audi preces noſtras corā te fuſas. fac noſ iungi eternali choro precibus ergo tuis adeſto calamitatibus noſtris quibus vndiqꝫ premimur. ℣. Ora pro nobis btā margareta. ℟. Ut digni. ⁊c.

Orō.

Deus q̄ beatā margaretā vir=ginē tuā ad celos ꝑ martyrij palmā peruenire feciſti: concede nobis q̄s: vt eiꝰ exēpla ſe=ctātes ad te venire merea=mur. Per.



De ſancta barbara. añ.

Gaude barbara beata ſumme pollens in doctri=na angeli miſtero. Gaude virgo deo grata que ba=

ptiſtã imitata es in vite ſtadio. Gaude cũ te viſitauit chriſtus vita et curauit plagas actu proprio. Gaude quia meruiſti impe=trare quod petiſti dante dei filio. Gaude nãqꝫ eleuata es in celo ꝛ delata nobili martyrio. Te laudantem familiã trahe poſt te ad gloriã finito exilio. ℣. Ora ꝓ nobis beata barbara. ℟. Ut digni. Oratio.

INterceſſio q̃s dñe beate barbare virginis et martyris tue ab oĩ aduerſitate nos ꝓtegat: vt per eius interuentũ glo=rioſiſſimũ ſacroſancti corporis et ſangui=nis dñi noſtri ieſu chriſti ſacramẽtum ante diem exitus noſtri ꝑ verã penitentiã ꝛ pu=ram cõfeſſionẽ ꝑcipere mereamur. Qui.

De ſancta apolonia. añ.



Beata apolonia graue tormentũ pro domino ſu=ſtinuit. primo tyrãni extraxerunt dẽtes eius cũ malleis ferreis: ꝛ cum eſſet in illo tormẽto orauit ad do=minum ieſum chriſtum vt quicũqꝫ nomen ſuum de=uote inuocaret malum in dentibus non ſentiret. ℣. Ora ꝓ nobis be=ata apolonia. ℟. Ut digni. Oratio.



OMnipotens ſēpiterne deus q̄ beatā apoloniā virginē ⁊ martyrem tuam de manibus īimicoꝝ ſuoꝝ liberaſti et eius orationē exaudiſti:te q̄ſo per interceſſionē eius ⁊ beati laurentij martyris tui ſimulq; oīm ſctōꝝ ⁊ ſanctarū vt dolorē a dentibus meis expellas:ſanū et incolumē meipſum efficias vt tibi gratiarum actiones referre valeam ineternum. Per dn̄m.

¶ Senſuiuent pluſieurs deuotes louen=ges/peticions/oraiſons/⁊ requeſtes:qui a toute perſonne ayant entendemēt ſont neceſſaires a dire a noſtreſeigneur ieſuchriſt

¶ Premieremēt tu diras au matin quāt tu te leueras de ton lit. In matutinis dn̄e meditabor in te quia fuiſti adiutor meus.

GRatias ago tibi dn̄e omīpotēs eterne deus qui me ī hac nocte nō meis meritis:ſed tua ſācta mīa cuſtodire dignatus es:cōcede michi dn̄e diē iſtū in tuo ſā=cto ſeruitio ita ꝑagere vt tibi placeat obſequiū ſeruitutis mee. Qui viuis. ⁊c.

¶ Quant tu yſtras hors de ta maiſon.

Vias tuas dn̄e demōſtra michi:⁊ ſemitas tuas edoce me. Greſſ⁹ meos dirige ſcd̄m eloquiū tuū vt non dominetur mei omnis iniuſticia. Dirige greſſus meos in ſemitis



tuis vt non moueantur veſtigia mea.
¶ Quant tu prendras de leaue benoiſte.
Aſperges me dñe iſopo et mundabor lauabis me et ſuper niuē dealbabor. Miſerere mei deus ſecundū magnā miſericordiā tuam. Gloria patri. Aſperges me. ⁊c.

¶ Quant tu ſeras deuant le crucifix.
Salua nos chriſte ſaluator per virtutem ſancte crucis qui ſaluaſti petrū in mari miſerere nobis. ℣. Oīs terra adoret te deꝰ et pſallat tibi. ℟. Pſalmū dicat noī tuo. orō.

CRucem tuam adoramus et veneramur domine ieſu chriſte ⁊ per ipſam clementiam tuam humiliter imploramus vt nobis peccatoribus miſereri ⁊ parcere digneris qui pro nobis dignatus es naſci de virgine maria.

¶ Quant le preſtre ſe retourne dy.
Spūſſancti gratia illuſtret ⁊ illuminet cor tuū et labia tua ⁊ accipiat dñs hoc ſacrificiū de manibus tuis dignum pro peccatis et offenſionibus noſtris.

¶ A leleuation du corps noſtre ſeigneur.
Aīa chriſti ſanctifica me/corpus xp̄i ſalua me. ſāguis xp̄i iebria me. aqua lateris xp̄i laua me. paſſio xp̄i cōforta me. ſudor vultus xp̄i virtuoſiſſimi ſana me. O bone ieſu








exaudi me et ne ꝑmittas me ſeparari a te. ab hoſte maligno defende me: in hora mor tis voca me ⁊ pone me iuxta te: vt cum an gelis ⁊ ſanctis tuis laudē te dñm ſaluato= rem meum in ſecula ſeculorum. Amen.

Quant on lieue le calice dy.

Aue vere ſanguis dñi noſtri ieſu chri ſti qui de latere eius cum aqua fluxi ſti: tu michi ſis cōſiliū ꝓtectio atq; defēſio corporis et aīe in preſenti vita et in futuro ſeculo ꝑ infinita ſeculoꝝ ſecula. Amen.

Salue ſācta caro dei per quā ſalui fiūt rei ſeruos tuos redemiſti dū ī cruce pepē= diſti qñ mortē occidiſti. Unda q̄ de te ma= nauit a pctō nos mūdauit qđ patrauit pri mus homo īobediēs de pomo. Sctā caro tu me mūda ſanguis et benigna vnda laua me ab oī ſorde ⁊ ab infernali morte. Per tuā benignitatē cōfer michi ſanitatē et ſan ctā ꝓſperitatē. Frāge meos inimicos fac eos michi amicos et ſupbiā illorū deſtrue rex angelorū. Tu qui es ſalutis port⁹ pre= ſta michi tuū corpus in exitu mee mortis. libera me deus fortis a leone rugiēte dra= choneq; furiēte: da michi fidē iuſtoꝝ q̄ re= gnas in ſecula ſeculorū. Amen.

Quant on prent la paix.



Da pacē dn̄e in diebus noſtris: qꝛ nō eſt alius qui pugnet ꝓ nobis niſi tu deꝰ noſter

Quant on veult recepuoir le corps de noſtre ſeigneur ieſuchriſt.

Domine non ſū dignus vt intres ſub tectū meū: ſꝫ tu dn̄e q̇ dixiſti qui mā=ducat meā carnē et bibit meū ſanguinē in me manet ꝛ ego ī eo: ꝓpiciꝰ eſto michi peccatori ꝑ ſūptionē corporis ꝛ ſanguinis tui et preſta: vt nō ad iudiciū dānatiōis illud ſumā: ſed mīa tua ꝑueniēte ī ſalutē ꝛ remiſſionem peccatorum meorum. Qui tecum.

Quant on la receu.

Vera perceptio corporis ꝛ ſanguinis tui omnipotēs deus nō veniat michi ad iudiciū neqꝫ ad condēnationem: ſed ſit oīm peccatorū meorum optata remiſſio: anime et corporis mei pia gubernatio: et potens ad vitam preſentem ꝛ eternam in=troductio. Per dominum noſtrum. ꝛc.

Contre la tempeſte.

A domo tua q̄s dn̄e ſpirituales nequicie repellātur: ꝛ aeriarū diſcedat malignitas tēpeſtatū. Per.

Pour le roy.

Deus regnoꝝ ꝛ chriſtiani maxime ꝓ=tector imperij: da ſeruo tuo regi no=ſtro de hoſte triumphum: vt qui tua proui



dentia extitit conſecratꝰ: tuo ſemꝑ muni=
mine potens ſit et ſecurus. Per dñm.

Pour impetrer grace des pechez.

EXaudi qs dñe ſupplicũ p̃ces ꝛ confi
tentiũ tibi parce peccatis: vt pariter
indulgentiã nobis tribuas benignus ꝛ pa
cem. Per dominũ. ꝛc.

Contre la tentation de la chair.

VRe igne ſanctiſpũs renes noſtros ꝛ
coꝛ noſtrũ dñe: vt tibi caſto coꝛpoꝛe
ſeruiamꝰ ꝛ mũdo coꝛde placeamꝰ. Per.

Contre les mauuaiſes penſees.

OMp̄s mitiſſime deꝰ reſpice ꝓpicius
ad pꝛeces noſtras et libera coꝛ nr̃m
de malarũ tentatione cogitationũ: vt ſc̃ti
ſpũs dignũ fieri habitaculũ mereaꝛ. Per.

Pour quelque tribulation.

INeffabilẽ miam tuam dñe nobis cle
menter oſtende: vt ſimul nos ꝛ a pec
catis oĩbus exuas: ꝛ a penis quas pꝛo his
meremur benignus eripias. Per dñm. ꝛc.

Pour lamy viuant en tribulation.

DEus qui iuſtificas impiũ et non vis
moꝛtẽ peccatoꝛũ: maieſtatem tuam
ſupplices exoꝛamus: vt famulũ tuum. N.
de tua mĩa confidentẽ celeſti ꝓtectione cõ
ſerues: vt tibi iugiter famuletur: et nullis





tentationibus a te ſeparetur. Per dñm.

Pour ceulx qui vont en voyage

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris et viam famulorum tuorum in ſalutis tue proſperitate diſpone: vt inter omnes vie ꝛ vite huius varietates tuo ſẽper protegantur auxilio. Per dñm.

Pour noz bienfaicteurs.

Retende domine famulis ꝛ famulabus tuis dexterã celeſtis auxilij: vt te toto corde perquirant et que digne poſtulant aſſequantur. Qui viuis. ꝛc.

Pour les amis qui ſont en neceſſite.

Omnipotens ſempiterne deus ſalus eterna credentiũ exaudi nos pro famulo tuo: ſeu famula tua. N. pro quo vel pro qua mĩe tue imploramus auxilium vt reddita ſibi ſanitate gratiarũ tibi in eccleſia tua referat actionem. Per dñm.

Pour le tien amy qui eſt mort.

Suſcipe piiſſime deus in ſinu patriarche tui abrahe animam famuli tui N. eamq; ſanctis et electis omĩbus adiunge: ſed ne noceat ei culpa carnis ad penã: proſit illi tue miſeratio pietatis ad veniã. Per dominum noſtrum. ꝛc.

Pour le pere ꝛ la mere.





DEus q̄ nos patrem et matrē honorare p̄cepiſti miſerere clementer aīabꝰ patris ꝛ matris mee eoꝛūq; pctā dimitte. meq; cum illis in eterne claritatis gaudio fac viuere. Per dominum. ꝛc.

Les ſept oraysons ſainct gregoire.



O Dn̄e ieſu xp̄e adoro te in cruce pendentem et coronā ſpineam in capite portantē: te deprecor vt tua crux liberet me ab āgelo ꝑcutiēte. Pater noſter. Aue maria.

O Dn̄e ieſu xp̄e adoro te in cruce vulneratum felle et aceto potatum deprecor te: vt tua vulnera ſint remediū anime mee. Pater noſter. Aue maria.

O Domine ieſu chriſte te deprecor propter illam amaritudinem quam pro me miſerrimo ſuſtinuiſti in cruce maxime quando nobiliſſima anima tua egreſſa eſt de corpore tuo: miſerere aīe mee in egreſſu ſuo. Pater noſter. Aue maria.

O Domine ieſu chriſte adoro te in ſepulchro poſitum mirra ꝛ aromati-

bus conditum: deprecor te vt mors tua ſit vita mea. ℞ Pater noſter. Aue maria.

O Domine ieſu chriſte adoro te deſcendentem ad inferos liberãtemq; captiuos: deprecor te ne permittas me illuc introire. ℞ Pater noſter. Aue maria.

O Domine ieſu xp̄e adoro te reſurgentem a mortuis et ad celos aſcēdentē ſedentēq; ad dexterā dei patris: dep̄cor te miſerere mei. ℞ Pater noſter. Aue maria.

O Domine ieſu chriſte paſtor bone/ iuſtos conſerua/ peccatores iuſtifica/ ⁊ omnibus fidelibus defunctis miſerere: et propicius eſto michi miſerrimo peccatori ℞ Pater noſter. Aue maria.

Oratio dicenda ante imaginem corporis chriſti.



Conditor celi ⁊ terre rex regū et dn̄s dominantiū qui me de nichilo feciſti ad imaginē et ſimilitudinē tuā ⁊ me de ꝓprio ſanguīe tuo redemiſti: quem ego peccator nō ſum dign⁹ nominare nec inuocare nec corde cogitare. Te ſuppliciter deprecor et humiliter



exoꝛo vt clementer reſpicias me ſeruū tuū
nequā. Et miſerere mei qui miſertus fui=
ſti mulieri chananee et marie magdalene
Qui pepercisti publicano ꝛ latroni in cru=
ce pendēti tibi cōfiteoꝛ pater piiſſime pec=
cata mea : que ſi volo abſcondere nō poſ=
ſum tibi domine. Parce michi chꝛiſte quē
ego nuper offendi in ſuperbia auaricia: gu
la:luxuria:ꝛ vana gloꝛia: ī odio:in accidia:
in adulteriis:in foꝛnicatōe:in furto:in mē=
datio:in blaſphemia:in ioco:in riſu:in ver=
bis ocioſis:in auditu:in guſtu: in tactu co=
gitando:loquendo:operādo. Et in omni=
bus modis in quibus ego fragilis homo ꝛ
peccatoꝛ peccare potui. Mea culpa: mea
culpa: mea maxima culpa. Ideo p̄coꝛ tuā
clemētiam que de celo pꝛo mea ſalute de=
ſcendit qui dauid a peccati lapſu erexiſti.
Parce michi dn̄e:parce michi xp̄e qui pe=
tro negāti pepercisti. Tu es creatoꝛ meꝰ:
plaſmatoꝛ meꝰ ꝛ redēptoꝛ meꝰ dn̄s meus:
deus meus ꝛ rex meꝰ. Tu es ſpes mea:fi=
ducia mea:gubernatio mea:auxiliatō mea
conſolatio mea:foꝛtitudo mea:et defenſio
mea:liberatio mea:vita mea:ſalus mea: ꝛ
reſurrectio mea. Tu es firmamentū meū
et refugium meum : lumen et deſiderium



meum:adiutorium meum:et patrocinium
meū. Te deꝑcor ⁊ rogo adiuua me ⁊ ſaluꝰ
ero:guberna me:⁊ defēde me:ꝯforta me:⁊
conſolare me:letifica me:illuīa me:⁊ viſita
me. Suſcita me mortuū:q⁊ factura et opꝰ
tuū ſum dn̄e ne deſpicias. Famulus ⁊ ſer=
uus tuus ſum:q̄uis malus: q̄uis īdignus
⁊ peccator. Sed q̄liſcūqꝫ ſim:ſiue malus:
ſemꝑ tuus ſum. Ad quē ego fugiā niſi ad
te vadā? Si tu me eijcis quis me recipiet.
Si tu me deſpicis q̇s me aſpiciet. Et reco
gnoſce me indignū ad te refugientē: q̄uis
ſim vilis et immūdus: quia ſi vilis et im=
mundus ſum potes me mūdare. Si cecus
ſum:potes me illuminare. Si infirmus ſū:
potes me ſanare. Si mortuus et ſepultus
ſum: potes me reſuſcitare: quia maior eſt
miſericordia tua q̄ iniquitas mea: maior
eſt pietas tua: q̄ īpietas mea. plus potes
dimittere:q̄ ego cōmittere:et plꝰ parcere
q̄ ego pctōr peccare. Non ergo reſpicias
dn̄e neqꝫ attēdas multitudinē iniquitatū
mearū: ſed ſecundū multitudinem miſera
tionum tuarum miſerere mei et propicius
eſto michi maximo peccatori. Dic anime
mee ſalꝰ tua ego ſū:qui dixiſti. Nolo mor=
tem peccatoris:ſed vt magis viuat et con=







uertatur. Conuertere me dñe ad te: ꝛ noli iraſci contra me. Depꝛecoꝛ te clementiſſime pater propter miſericoꝛdiā tuam ſupplico et exoꝛo: vt perducas me ad bonum finē veram penitentiā: purā confeſſionem et dignam ſatiſfactionem omnium peccatoꝛum meoꝛum. Amen.

Oꝛatio dicenda ante imaginem ſaluatoris flexis genibus quam ſanctus Bernardus edidit. ~~Quicunq enim deuote hanc quotidie dixerit omnes petitiões eius exaudiet dominus.~~

O Bone ieſu. o dulce ieſu. o ieſu fili virginis marie plenꝰ miſericoꝛdia et veritate. O dulcis ieſu miſerere mei ſecundū magnā miſericoꝛdiā tuam. O benigne ieſu depꝛecoꝛ te ꝑ illum ſanguinē preciosum: quē pꝛo nobis miſeris peccatoꝛibus effundere dignatꝰ es in ara crucis: vt abijcias omnes iniqtates meas: et ne deſpicias me humiliter te petentē: ꝛ hoc nomen ſanctiſſimū tuum ieſus inuocantem. Hoc nomen ieſus nomen dulce eſt. Hoc nomen ieſus nomen delectabile eſt. Hoc nomen ieſus nomen ſalutare eſt. Quid enī eſt ieſus niſi ſaluatoꝛ: O bone ieſu q̃ creaſti et redemiſti me tuo pꝛecioſo ſanguine:



cū. Virgo innupta. dominꝰ tecū. Virgo
dei intacta. dñs tecum. Virgo incorrupta
dñs tecū. Virgo deo grata. dñs tecū. Vir
go ante partū. dominus tecum. Virgo in
partu. dominꝰ tecū. Virgo poſt partum.
dominus tecum. Splendor inextinguibi-
lis. dñs tecum. Virgo ineſtimabilis. dñs
tecū. Virgo immarceſſibilis vitis. domi-
nus tecū. Vua germinans. dominꝰ tecū.
Virgo incomparabilis. dñs tecū. Virgo
cui nō eſt nec erit ſimilis. dñs tecum. Vir
go generoſa. dñs tecū. Virgo ſpecioſa. do
minus tecū. Virgo pulchra. dñs tecum.
Fons miſericordie cum omni copia. dñs
tecū. Virgo eximia. dominꝰ tecū. Virgo
pia. dominꝰ tecū. Virgo mater ſine ruga.
dñs tecū. Virgo dulcis maria. dñs tecum
Laus prophetica. dominus tecum. Salo
monis fabrica. dñs tecū. Mater dei et vir-
go vnica dei filia. dñs tecū. Laus habita-
tionis glorie dei. dominus tecum. Ortus
concluſus. dñs tecū. Fons ſignatus. dñs
tecū. Aque viue puteus. dñs tecū. Para-
diſus cū pomorū fructibus. dominꝰ tecū.
Venter rore celeſti rigatus. dominꝰ tecū.
Eternitatis domus. dñs tecū. Veteris et
noui teſtamenti armariū. dñs tecū. Spūſ-







ſancti ſacrarium. dñs tecum. Que angelo
nunciante virgo concepiſti. Dictes dix
fois Aue maria. Et puis vne fois. Que
angelo. Et puis encores dix fois Aue ma
ria. Uera virgo et mater. dominus te=
cum. Mater dei veri et veteris hominis.
dominus tecũ. Mater ieſu chriſti filij vni=
geniti dei. dominus tecum. Mater pieta=
tis. dominus tecum. Mater veritatis. dñs
tecũ. Mater caritatis. dñs tecum. Decus
mulierũ. dñs tecũ. Mater orphanorũ. dñs
tecũ. Cõſolatio deſolatorũ. dñs tecũ. Cõ
paſſio afflictorũ. dominus tecum. Uia er=
rantium. dominus tecũ. Salus omniũ in
te ſperantiũ. dominus tecum. Archa dei
dominus tecum. Templum domini. do=
minus tecum. Sacrariũ ſpirituſſancti. do
minus tecum. Reclinatorium ieſu chriſti.
dominus tecum. Luminare celi. dominus
tecum. Sponſa dei. dominꝰ tecum. Pro=
phetaꝝ oraculũ. dominus tecum. Dei vm
braculum. dominus tecum. Paſtoris ta=
bernaculum. dominus tecum. Completũ
eſt in te conſiliũ. dominus tecum. Uera
virgo ⁊ mater que filiũ dei genuiſti verum
deum ⁊ verum hominem: qui angelo nun=
ciante conceptus eſt. dominus tecum.



Uera virgo ⁊ mater que filium dei genui=
ſti verum deum ⁊ verum hominẽ: qui pro
nobis in te natus eſt. dominus tecum. Ue
ra virgo et mater que filium dei genuiſti
verum deum et verum hominem: qui pro
nobis inter vlnas ſymeonis ſanctiſſimi in
templo receptus eſt. dominus tecum. Ue
ra virgo ⁊ mater que filiũ dei genuiſti ve=
rum deum ⁊ verum hominem: qui pro no=
bis ceſus eſt. dominus tecum. Uera vir=
go et mater que filium dei genuiſti verum
deum et verum hominem: qui pro nobis
ſpinis coronatus eſt. dominꝰ tecum. Ue=
ra virgo ⁊ mater que filium dei genuiſti ve
rum deum et verũ hominẽ: qui pro nobis
clauis crucifixus eſt. dominus tecum. Ue
ra virgo et mater que filiũ dei genuiſti ve=
rum deum ⁊ verum hominẽ: qui pro nobis
in cruce pendẽs virginẽ matrẽ virgini cõ=
mendauit ita dicens. Mulier ecce filius
tuus. Deinde ad diſcipulum. Ecce mater
tua. dominus tecum. Uera virgo ⁊ mater
que filium dei genuiſti verum deum et ve=
rum hominẽ: qui pro nobis in cruce pen=
dens exclamauit dicẽs. Hely hely lama=
zabathani. Et iclinato capite tradidit ſpi=
ritũ. dominus tecũ. Uera virgo ⁊ mater q̃





filium dei genuiſti verum deum ⁊ verũ ho
minẽ: qui ꝓ nobis imolatus eſt. dñs tecũ.
Uera virgo et mater que filiũ dei genuiſti
verũ deum ⁊ verũ hominem: cuius latus
lancea perforatũ eſt: ⁊ continuo exiuit ſan
guis ⁊ aqua in redemptionẽ animarũ no=
ſtrarum ⁊ in remiſſionẽ peccatorũ noſtro=
rum pro ſalute mundi ad vitã eternã. dñs
tecum. Uera virgo ⁊ mater q̃ filiũ dei ge=
nuiſti verũ deũ ⁊ verũ hominẽ: cuius cor=
pus de cruce ꝑ ioſeph depoſitũ eſt. ⁊ in ſyn
done mũda inuolutũ. dñs tecũ. Uera vir=
go ⁊ mater que filiũ dei genuiſti verũ deũ
⁊ verum hominẽ: cuius corpus in lintheis
cum aromatibus in monumẽto nouo poſi
tũ eſt. dñs tecũ. Uera virgo et mater que
filium dei genuiſti verum deum ⁊ verũ ho
minẽ: qui pro nobis ſepultus eſt. dñs tecũ
Uera virgo et mater que filiũ dei genuiſti
verum deum et verum hominẽ: qui deus
⁊ homo tertia die reſurrexit a mortuis. do
minus tecum. Uera virgo ⁊ mater que fi=
lium dei genuiſti verum deũ ⁊ verũ homi=
nem: qui deus et homo primo beate marie
magdalene poſtea diſcipulis apparuit. do
minus tecũ. Uera virgo ⁊ mater que filiũ
dei genuiſti verum deum et verũ hominẽ: